**Pharmacopoeia Londinensis : in qua medicamenta antiqua et nova usitatissima, sedulo collecta, accuratissime examinata, quotidiana experientia confirmata describuntur ... Revisa, denuo, recusa, emendatior, auctior.**

**Contributors**

Royal College of Physicians of London.

**Publication/Creation**

London : John Marriott, 1639.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/a5aeke2y

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

66249/8

XVI x.

N 6 34

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
PHARMACOPOEIAS,
London, R.C.P.

T5



יהוה
ΘΕΌΣ ΕΝ ΑΝΘΡΩΠΟΙΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ
HONI · SOIT · QVI · MAL · Y · PENSE
LONDON · MEDICAL
Pharmacopœia
Londinenſis
IN QVA
MEDICAMENTA
ANTIQVA ET NOVA
vſitatiſſima, ſedulo collec:
ta, accuratiſſime examinata,
quotidianâ experientia
confirmata deſcri-
buntur.
Diligenter reviſa, denuo recuſa,
emendatior, auctior.
Quinta Editio
Opera Medicorum Collegij
LONDINENSIS.
Ex Sereniſsimi REGIS mandato
Cum R. M. Priuilegio.
HIPPOCRATES COVS.
GALENVS PERGAMEN.
ΤΟΥΤΩΝ
ΦΑΡΜΑΚΑ ΘΕΟΥ ΧΕΙΡΕΣ
MESVE ARABS.
AVICENNA PRINCEPS
LONDON
Printed for IOHN MARRIOTT and are
to be ſould at his ſhop in Fleetſtreete
in St Dunſtons 1639 Churchyarde.

SERENISSIMO

# PRINCIPI IACOBO MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIÆ, HIBERNIÆ, &c. *REGI*,

Collegium Medicorum LONDINENSIUM

ὑγιαίνειν, ϗ εὐπράττειν.

NUMINIS cum hominibus commercium, facilemque ad ſuperos aditum denotatura antiquitas; (licet ſub obſcura incertæ noctis nebula titubans, non inſagaci tamen acumine) Deorum ſimulachra ſub humana ſpecie variis inſignita titulis templis intulit: mutiſq; ſtatuis divinos decrevit honores, & aſsignavit ſacrificia quibus vel pacarentur, vel conciliarentur ſuperi, inferi, medioxymi. Principum plurimos cœlitibus aſsidere voluit, eorum memoriam venerata, & nihil minus quàm ſummum in ſublunaria impe-

rium attribuens illorum æternitati, quos ut potentiæ ſuæ vicarios dum vitali fruerentur aurâ Jupiter conſtituerat; ſic res in publicum bonum præclarè geſtæ, atque in ſubditos paternæ curæ juncta liberalis comitas; dignos præſtiterant, qui Deorum immortalium ſocii haberentur. Nos qui reducto velo & diſcuſſa caligine certiora nunc veri numinis beneficio figimus veſtigia, ut cœlum juſtis precibus pervium, & *D. O. M.* ad pia vota facilem experimur: ſic te Principem noſtrum, (Rex Serenissime) Reipublicæ Chriſtianæ, Regnorum inprimis tuorum bono terris datum, erga pios proboſque omnes flexibilem ac benignum, in tuos tenero & plus quàm paterno affectu propenſum cernimus, agnoſcimus, atque omnibus obſequii, officiorum, ſervitii ritibus, quos Omnipotens Regibus hujuſce mundi Diis aſsignavit, purè ſancteque colendum pronunciamus. Tam aptus natus es ad bona, ad juſta, ad auguſta, ut ab hác deflectere ſemita nec fas tibi ſit, nec ſi velles datum; tantus eſt naturæ tuæ candor, quæ virtutibus regiis ab incunabulis imbuta, nec novo chromate tingi, nec veterem formam poteſt deponere! Sic Arcton aſpicit magnetico ſpiritu mobile redditum ferrum, & quantumvis detorqueas, ad punctum redit. Quid attulerit compendii toti Chriſtiano orbi inſigne illud pacis ſtudium, quo in mutuam perniciem ruentes principum potentiſsimorum animos blando amicitiæ glutine fœliciter ferruminaſti: Quid tuis populis æquitas, quæ in cæteris tui ſimilibus mediocris, in te ſumma, tanquam in ſuæ activitatis ſphæra, triumphat;

Quid

Quid veræ Eccleſiæ paſtoralis ille amor quo gregem Salvatoris proſequutus, ſchiſmata tollere citra ambitioſum faſtum quotidiè ſtudes, alii loquantur quorum penna nomen tuum poſteritati non fucato ſtylo tradere audacter ſatagit, materiæ ubertate diffluens, colorum quibus obumbrari ſi non deturpari ſolet memoria principum non indiga. Nos quibus MAIESTATI tuæ devincti nodis vivamus, explicemus liberè, & viventi Domino ea perſolvamus vota, quæ Iovi noſtro (juvans quippe tu nobis pater) debentur. Univerſalis ille recti bonique amor efficit, ut dum nævos Rempublicam fœdantes ſedulis perluſtras oculis, Regiam aciem in Medicinæ caſtra deflexeris. Quot abs te iſtic conſpectæ Lacunæ, quot hiatus? quot à via regia, quâ veri Hygieias antiſtites calcant, aberrantia diverticula monentibus primariis noſtrum benigniter notare dignatus es? Exinde factum, ut eodem momento cum errorum notitiâ, tot defectuum reſarciendorum irrequieta cupido animum tuum inceſſerit. *In actione conſiſtit virtus*, quæ dum in motu eſt viget, ſitu obſita quiete elangueſcit: in te Domine motu indeſinenti, veluti primum mobile, ad ſe omnes animi tui facultates æternùm rapit. *Rectum norma eſt ſui & obliqui*: Propterea juſsiſti (REX OPTIME) ut ab iis quos cæteris prælucere in Medicina facienda æquum eſt, ſumerentur faciendorum exordia. Collegium noſtrum Medicum ab *Henrico Octavo, &c.* immunitatibus & privilegiis donatum, tu Muſarum omnium parens authoritate cumulare voluiſti, nequid deeſſet ad ho-

 noris

noris culmen, ne-ve relinqueretur lapis aliquis offendiculi. Ita poteſtate abs te conceſſa inſigniti Medicinæ proceres, in repurgando Augiæ ſtabulo, atque admittendis veris Aſclepiadis, eliminandis iis qui Larvati ſaltem perſonam Medicorum induunt, toti ſunt. Immortales tibi ſint gratiæ (SERENISSIME PRINCEPS) quod vel querelis noſtris, vel petitionibus, faciles quotidie aures accommodes, nec à nobis exoptatum quidquam hactenus, unde ſchola noſtra paſſa ſit repulſam. Sui ſemper ſimilis virtus cubico ſitu mutationum neſcia ſubſiſtit. Hac freti fiducia dum tua capeſſimus juſſa, atque in replendis lacunis & reparando vallo verſamur, id Senatui noſtro viſum eſt, artifici cuique ad ſcitum perfectumque opus producendum, neceſſaria eſſe idonea inſtrumenta, quæ urgente neceſsitate ex penu, ut tela ex armamentario, depromantur. Siqua in re anceps fluctuatio, ea certe in re medica eſt admodum periculoſa, in cujus praxi, quantum homini datum eſt, ſtatuenda ſunt certa remedia, quæ (*Deorum manus* à veteribus dicta) languentibus ægris tuto ab artis peritis adminiſtrentur. Quilibet Medicus in antiquorum ſcriptis vulgatas habet remediorum formulas; ſed eas ab invicem ut plurimùm diſcrepantes: ita ut in hac varietate tyronum mentes dubiæ (veluti in trivio) conſilii inopes conſiſtant, Pharmacopœiorum opera incertitudine parum fida (ipſis etiam invitis) reddatur. Placuit itaq; Medicorum Collegio *Londinenſi* (cujus tu REX munificentiſsime tutelaris Deus es) tam antiquà quàm nova pharmaca neceſſaria in unum con-

ſarcinare

ſarcinare volumen, atque donum hoc levidenſe tuis imponere aris; vel potiùs te non ſinente tantùm, ſed etiam jubente, Auguſtæ Majeſtati tuæ offerre ſupellectilem, quâ ſubditorum tuorum corpora in poſterum a peſtifera morborum lue ſarta tectaque præſerventur. Fœtus iſti gneſii, ſi propitiam exporrigas frontem, Solis tui perferent radios, qui ſpurios occæcare ſolent. Fac igitur, ut pro tibi innato more ſalutarem favoris tui auram opus hoc ſentiat, cui (ſupplices petimus) ut liberum per regnorum tuorum limites indicas & neceſſarium commeatum. Ut veritas una eſt, ſic certa ſit eius notitia. Vitæ ſubditorum tuorum intereſt, vt Medici quid præſcripturi ſint, Pharmacopœi quid in uſum paratum habituri, compertum habeant. Vacillationis pœna non minoris quam ipſius vitæ iactura conſtat. Tu qui juris legumque fautor es, capitis tuorum tutor eſſe velis. Edicto cautum ſit, ne alia utantur ii (quorum non minus fœliciter quam iuſte habenas regis) Pharmacopœiâ, quæ non *Londinenſis* ſolum, ſed ex uſu (ſi placet) Anglica in poſterum indigitetur. Sic fiet, ut a tritico ſecernantur paleæ, & agyrtæ atque circulatores (quibus æquitas tua te reddit infenſiſsimum) a genuinis dignoſcantur. Sic tu Jupiter eris Liberator: Sic acceptam tibi feret ſanitatem tua Reſpublica; Sic denique dum ſummi inter humanas res boni Promotor & Conſervator eris, ejus, cujus in terris locum obtines, imitatorem te prodes verum, & quandiu durabit Vniverſi machina, memoriæ hominum heroicæ tuæ virtutes obverſabuntur, ſicut tui pars melior vivet, tandem aliquan-

 do

do tradita, æternitati: Quod ut ſero contingat, imo ut nulli noſtrum id videre contingat; ſed ut diutiſsime mundo, patriæ, tuis, ſubditis, ſingulis noſtrum te incolumem ſervet *D. O. M.* ex animo optant & precantur.

*Majeſtatis tuæ*

Humillimi Clientes & fideliſſimi

Subditi *Socii Collegii Medicorum*

Londinenſis.

Candido

# Candido Lectori.

Plurimum te ſalvere jubet, quæ maximè ſalvum te facit Medicina; & quo meliùs adhuc ſaluti tuæ conſulat, novam conſtruxit officinam pharmaceuticam, quam non inſtruxit modò locupletiſſimâ remediorum ſalubrium ſupellectile, verùm & curam ſuſcepit, ut illa ſine fraude fideliùs, ſine errore tutiùs in ſalutem tuam componantur. Sed, opus inquis, quo non eſt opus. Cum præter veteres recentioreſq; plurimos vix aliqua ſit transmarina Civitas aut Academia celebrior, quæ iſtam non abundè Spartam ornaverit. Verum id forſan. At cedò, ſi tot iſti veteribus non acquieverint, Meſue, Myrepſo, Alexandrino, & aliis; ſed ſuum voluerint ſinguli Antidotarium; Romani ſuum, ſuum Veneti, Florentini ſuum, ſuum Bergomenſes, Auguſtani ſuum, & quos tacemus reliqui; quidni & Londinenſes ſuum? velut veſtem propriam, cujus non tanta laus eſt, quòd ſit ſplendida, quàm quòd propria, non tam ſi è biſſo ſit aut purpura, ſed ſi Anglis corporibus adaptata: præterea nos tanta varietate non inſtrui, ſed diſtrahi magis contigit; iſta inopes nos Copia fecit; & morbus ille, cui modò occurrimus, totus eſt ex plenitudine. Quo vaſta magis eſt ſilva, plureſque ſemitæ, facilius per invia, devia dum vagantur, aberrant viatores. Quo mare ſpacioſius, eo magis eſt opus Cynoſurâ: quâ deſtituti diù apud nos Pharmacopœi variis fluctibus jactari, & mille modis diſtrahi videbantur, dum unus iſto, iſte alio medicandi tramite incederet, unus ad Cordum, alius ad Fernelium, ad Auguſtanos alius, ad ſuum forſan alius ſpeculum ſe componeret; idemque remedium tot haberet Ideas, quot officinas: quod malum cum indies magis graſſaretur, non ſine ſummo tam Medicorum, quam ægrorum diſpendio; volumus hoc opuſculo velut jactâ Anchorâ, ſic fluctuantem Pharmaceiam ſtabilire, eamque certis limitibus, & Cancellis coercere, dum unam, & unicam componendi legem & methodum non docemus modò, ſed imponimus & imperamus, à qua non liceat, vel latum (ut aiunt) unguem aberrare, ut uno velut filo ducti, tum Medici, tum Pharmacopœi, iſti in præſcribendo certiùs, hi in componendo rectiùs progrediantur & unanimes conveniant.

Necnon alia adhuc gravior eſt peſtis, ad quam opus Antidotario; aliorum videlicet ſumma fraus & impoſtura, qui lucelli gratiâ, & ſordido aucupio fæces quaſdam viliſſimas, & ſpurciſſimas ſordes ſub Pharmacorum nomine & titulo venditant; imò quæ nobis

*bis in pretio ſunt maximo, Theriacam, Mithridatium, & Alkermes, aliaq; plurima adulterant ; ut remedia non deveniant, ſed venena, nec in ſolatium ægris, ſed perniciem. Qui ſceleratiſſimi homicidæ etſi flagello potius aut furca, quàm Cenſura hac noſtrâ coerceri debuerint ; erunt tamen forſan ( pro more Anglo ) ſalvandi beneficio* libelli, *& cum ipſis miſelli ægri, quorum vitæ & ſanitati (iſto velut ſacro codice) conſuluimus. Fœlix conſilium & ſalutare; cujus tamen gloriam & laudem nobis ipſis non arripimus; ſed (ut fateamur quod res eſt) ejus caput altius, ejus divinior origo;* A Jove principium; *à noſtro inquam Auguſtiſſimo & (quod rarius) literatiſſimo, & (quod gratius) ſalutis publicæ vigilantiſſimo* REGE JACOBO, *qui ut pacem in orbe Chriſtiano, unionem in orbe Britanno, conformitatem in orbe Eccleſiaſtico ſtuduit ſemper & feliciter ſtabilivit; ità noſtrum Orbem Apollinarem ſphæramq; medicam dignatus eſt luſtrare ſuo lumine, legeſq; ſalutares nobis condere pro concordia medica certaque medendi ſymphonia, ut ſicut anteà animarum, ſic & corporum ſaluti ; anteà ſubditorum dignitati, modo illorum vitæ & ſanitati conſuleret : ut de illo verum ſit, quod de Sole Regius vates cecinit,* nihil eſt ſecretum à calore ejus ; *nihil ab ejus cura ſecluſum aut immune ; & inſculptum videatur divinâ manu idem pectori ipſius, quod nummo,* Salus populi ſuprema Lex. *Cum enim Pharmacopœis Londinenſibus novas libertates & privilegia nova indulſerit literis ſuis ( ut appellantur ) patentibus, hoc unum inſeri, & exprimi imprimis voluit, ut cum Antidotarium iſtud prodiret in lucem, ad illud velut ſacrum canonem religiosè ſe aſtringerent : Legibuſq; ferendis à Senatu medico obtemperarent. Cui verè Regio mandato æquum nobis erat morem gerere ; fecimuſq; tandem ut in lucem prodeat Pharmacopœia Londinenſis, apparatu nec ſordido nec ſuperbo, nec remediorum paupertate indiga, nec eorum mole aut tumens aut ambitioſa. In qua etſi doctam Antiquorum canitiem veneramur, eorundemq; remedia primâ velut acie collocavimus, non tamen recentioris Chymiæ nova ſubſidia rejicimus aut aſpernàmur, ſed illis locũ & angulum à tergo conceſſimus, ut famulentur dogmaticæ Medicinæ; & velut manus auxiliares inſerviant. Neq; verò tam ſuperſtitiosè inceſſimus Antiquorum veſtigiis, ut nihil ex noſtro penu novum apportemus ; non enim quæ hic deſcripta, tranſcripta ſunt omnia, aut mercibus ſolis tranſmarinis, & exoticis officinam noſtram inſtruximus, ſed quædam adjecimus nova & noſtra, quæ crebro uſu probata nunc primum in lucem prodeunt publicam ; quædam etiam in antiquis formulis immutavimus, ſalvo tamen authoris ſenſu & nomine, non tam novitatis ſtudio, quàm neceſſitate coacti, præſertim ubi non occurrunt, quæ præſcribuntur ſimplicia, in quorum locum alia ſuffecimus, quæ facultatum cognatione ſimillima videbantur : Pariterq; fecimus in modo pilulas componendi, quæ ſi antiquo more cum ſuccis aut aquis in maſſam redigantur, citò ſiccitatẽ nimiam vel ſitum contrahant, ideoq; Syrupis accommodatis pro diuturniori cuſtodia utendum voluimus. Cùm verò in plurimis authoribus, quædam penitus relinqui ſoleant artificum judicio, potiſſimum in mellis & ſacchari menſura, ſub duabus literis* q. ſ. *vel voculis* quantum ſatis ; *undè ejuſdem pharmaci non eadem apud omnes conſiſtentia, nec facultas eadem ; nos de libero artificum arbitrio poteſtatem omnem in poſterum ademimus, & in eandem rem quoſdam è Pharmacopœis ipſis in hoc artificio verſatiſſimis adhibuimus in concilium, quorum ope & operâ de certo componendi modo, certâq; menſura convenimus, & doſin deſignavimus cui nec addant illi, nec adimant. Deniq; cum in pleriſq; Antidotariis, tum priſcis tum recentioribus, uſus & facultas cujuſq; remedii exprimatur, undè tam inſcii, quam impii Circumforanei & agyrtæ, ex hac pharetra ſeipſos muniant ad praxin medicinæ, noſtroſq; gladios inſani homunciones in Reipublicæ perniciem arripiant, ideò de remedii viribus nihil adjecimus : ſolis enim doctis hæc ſcribimus & Apollinis alumnis, ad vulgi*

*non*

*non intellectum ſed ſalutem. De ordine quo omnia diſpoſuimus, rationem non opus eſt reddere; ſimplicia compoſitis; interna, externis; liquida ſolidioribus præmiſimus; in ſuas claſſes ſingula digeſſimus, unde nullo negotio depromi, in uſumque & praxin referri poſſint. Habes ( Amice Lector ) quid fecerimus, & cur fecerimus; Opus quale in fabulis Pandora, in illam Dii omnes; in hoc Collegæ omnes ſua ſymbola contulerunt, ſub auſpiciis digniſſimi Præſidis, quo non modò Conſule aut Præſide, ſed cujus conſilio & auxilio & indefeſſo ſtudio, tectum modò & faſtigium huic tanto operi imponitur; quod ante annos aliquot inceptum condi, ſed inceptum, cujus* non cœptæ ſurgebant turres, *ut Poeta luſit. Quale jam aut quantulumcumq; ſit, Amice Lector, tuo bono & publico fore commodum ſperamus & vovemus; quod ſi & palato tuo arrideat, utere, & Vale.*

à Collegio Londinenſi ſeptimo die Decembr. anno 1618.

A briefe

# A briefe of his MAIESTIES Royall Proclamation *Commanding all Apothecaries of this Realme to follow* this PHARMACOPOEIA lately compiled by the Colledge of Phyſitians of LONDON.

*WHereas by our eſpeciall commandement there hath beene of late compiled in the Latine tongue by the Colledge of Phyſitians of London a Book entituled* Pharmacopœia Londinenſis, &c. *And whereas through the great care and induſtrie of the ſaid Colledge, the foreſaid* Pharmacopœia Londin: *is now perfected, and is a worke greatly tending to the publique good of our Subjects, and wee minding that all falſhood, differences, varieties, and incertainties in making or compoſing of Medicines, and diſtilling of Oiles, or Waters, hereafter bee utterly taken away and aboliſhed: And that in the time to come the manner and forme preſcribed by the ſaid booke ſhould bee generally and ſolely practiſed by Apothecaries in their compoſitions of Medicines, and diſtillation of waters for all ſuch things as are therein named and preſcribed: wee therefore deſirous in all things to provide for the common good of our Subjects, and intending to ſettle and eſtabliſh the generall uſe of the ſaid Booke in this Realme of* ENGLAND, *doe hereby ſignifie and declare our Royall will and pleaſure to bee, and hereby ſtraightly require, charge, and command all and ſingular Apothecaries, within this our Realme of* England *or the dominions thereof, that they and every of them, immediately after the ſaid* Pharmacop. Londin: *ſhall be printed and publiſhed, doe not compound, or make any Medicine or medicinable receipt, or preſcription; or diſtill any Oyle, or Waters, or other extractions that are or ſhall bee in the ſaid* Pharmacop: Londin: *mentioned and named after the wayes or meanes preſcribed or directed, by any other books or Diſpenſatories whatſoever, but after the onely manner and forme that hereby is, or ſhall be directed, preſcribed, and ſet downe by the ſaid booke, and according to the weights and meaſures that are or ſhall bee therein limited, and not otherwiſe, &c. upon paine of Our high diſpleaſure, and to incurre ſuch penalties and puniſhment as may be inflicted upon offenders herein for their contempt or neglect of this Our Royall commandement, willing and commanding alſo hereby all Majors, Sheriffes, Juſtices of peace, Conſtables, &c. to be aiding and aſſiſting. Given at Our Palace of whitehall 26. of Aprill in the 16. yeare of Our raigne of England, France, and Ireland, and of Scotland the 51.* 1618.

THE *Kings moſt excellent Majeſty hath not onely commanded the publiſhing of this Booke, but hath farther been graciouſly pleaſed to grant full and ſole priviledge unto* John Marriot *of London Stationer (and Printer of this worke) his Executors, Adminiſtrators, Deputies, and Aſſignes, for* 21. *yeares next enſuing, to imprint, or cauſe to be imprinted, and to ſell, aſſigne, and diſpoſe of, to his and their beſt benefit and availe, this booke, and bookes, as well in the Latine as Engliſh tongue, as alſo in any other language or tongue whatſoever: Straightly prohibiting any other during the ſaid time, to imprint or cauſe to bee imprinted, to import, utter, or ſell, or cauſe to bee imported from any the parts beyond the Seas, uttered or ſold, the ſaid booke or books, or any part thereof within any of his Majeſties Realmes and Dominions (without the ſpeciall licence and conſent of the ſaid* John Marriot, *his Executors, Adminiſtrators, Deputies, and Aſſignes, firſt had and obtained in that behalfe) upon paine of his Majeſties high diſpleaſure, and to forfeit five pounds of lawfull Engliſh money for every ſuch book or books, or any part or parts thereof imprinted, imported, uttered, or ſold contrary to the true meaning of this priviledge, beſide the forfeiture of every ſuch booke or bookes, &c. as more at large appeareth by his Majeſties Letters Patents dated the twentieth of March in the fifteenth yeere of his Majeſties reigne of England, France, and Ireland, and of Scotland the fiftieth,* 1618.

Nomina

# NOMINA D.D. COLLEGARVM SOCIETATIS MEDICORVM LONDINENSIVM HODIE VIVENTIVM.

HENRICUS ATKINS Doc: Med: Regis Medicus Ordinarius, & Collegii Medicorum Londinenſium Præſidens.

THEODORVS DE MAYERNE Medicinæ Doctor, Regiarum Majeſtatum Medicus primarius.

JOHANNES CRAIG. } Regii Medici
GVLIELMUS PADDY Eques. } Ordinarii.
THOMAS FREAR.
THOMAS MOUNDEFORDE. } 7. ex 8. Electis.
MARCUS RIDLEY.
EDVVARDUS LISTER.
RICHARDUS PALMER.

JOHANNES CRAIG junior, Principi Carolo Archiater.

JOHANNES ARGENT.

EDVVARDUS JORDAN.

JOHANNES GIFFORD.

FRANCISCUS HERRING.

MATTHÆUS GVVINN, Regius Med: ad Turrim.

MAT.

Matthæus Lister.

Gulielmus Harvey, med: Reg. juratus.

Gulielmus Clement.

Simeon Fox.

Leonardus Poe, Med: Regius ad familiam.

Robertus Eludd.

Richardus Andrevves.

Thomas Pattison.

Theodorus Goulston.

Johannes Collins.

Simon Baskervile.

Thomas Winestone.

Edmundus Wilson.

Georgius Rogers.

Johannes Raven, Med: Regineus juratus.

Paulus de Laune.

Eleazar Hodson.

Ottvellus Meverell.

Alexander Ramsey.

Pondera

# PONDERA.

GRanum intelligimus ſignatum illud noſtrorum nummariorum, quorum viginti ſcrupulum conſtituunt.
Scrupuli tres drachmam.
Drachmæ octo unciam.
Unciæ duodecim libram.

Granum cujus ſignum gr. j.
Scrupulus cujus ſignum ℈.
Drachma cujus ſignum ʒ.
Uncia cujus ſignum ℥.
Libra cujus ſignum lib.

# MENSVRÆ.

MEnſuras apud nos uſitatiſſimas hic paucis ſubjecimus: reliquas minus uſitatas, ideoq; magis inutiles conſultò omiſimus.

Cochlearium noſtrum in *Syrupis* continet unciam dimidiam in aquis diſtillatis drachmas tres.
Cyathus unciam unam ſemis.
Hemina (quam Cotylam appellant) uncias novem.
Libra uncias duodecim.
Sextarius uncias octodecim.
Congius Sextarios ſex.

B CATA-

# PONDERA.

Granum intelligimus ſignatum illud noſtrorum nummariorum, quorum viginti ſcrupulum conſtituunt.

Scrupuli tres drachmam.

Drachmæ octo unciam.

Unciæ duodecim libram.

Granum cujus ſignum gr. j.

Scrupulus cujus ſignum ℈.

Drachma cujus ſignum ʒ.

Uncia cujus ſignum ℥.

Libra cujus ſignum lib.

# MENSURÆ.

Menſuras apud nos uſitatiſſimas hic paucis ſubjecimus: reliquas minus uſitatas, ideoq; magis inutiles conſultò omiſimus.

Cochlearium noſtrum in Syrupis continet unciam dimidiam in aquis diſtillatis drachmas tres.

Cyathus unciam unam ſemis.

Hemina (quam Cotylam appellant) uncias novem.

Libra uncias duodecim.

Sextarius uncias octodecim.

Congius Sextarios ſex.

# CATALOGUS SIMPLICIUM AD PHARMACOPOEIAN CONDUCENTIUM.

## RADICES.

Acanthi, Brancæ Urſinæ.

Acori, { Veri, peregrini, Calami odorati offic. Vulgaris, Pſeudoacori, Gladioli lutei. Liliorum paluſtrium.

Allii, Scorodi.

Alcannæ, Liguſtri.

Althææ, Ibiſci, Biſmalvæ.

Angelicæ, Sancti Spiritus.

Anchuſæ, Bugloſſi rubri.

Anthoræ, Antithoræ, Napelli Moſis, Aconiti Salutiferi.

Apii, { Sativi, Petroſelini. Vulgaris, Eleoſelini.

Ariſtolochiæ { Longæ, Rotundæ, Clematitis, tenuis, ſarmentitiæ.

Artanitæ, Cyclaminis, Panis porcini, Rapi vel umbilici terræ, Teſtudinariæ. Arthanitæ.

Arundinis { Vallatoriæ. Saccharinæ.

Ari, Serpentariæ, Barbæ Aaronis, Pedis vituli.

Aſclepiadis, vincetoxici, hyrundinariæ.

Aſari, Baccharis, Nardi Ruſticæ.

Aſparagi, hortenſis, ſylveſtris, Currudæ.

Aſphodeli veri, { Haſtæ Regiæ, i. Aſphod: fœ. Albuci, i. Aſph: maris.

Bardanæ, Lappæ majoris, Perſonatiæ, arcii Dioſc.

Behen { Albi, Polemonii. Rubri, } pro his. { Caryophyllatæ. Tormentillæ.

Bellidis, Symphyti minimi.
Betæ nigræ, albæ, rubræ.
Biſtortæ, ſerpentariæ maris, Britannicæ.
Borraginis.
Bryoniæ, Vitis albę.
Bryoniæ nigræ.
Bugloſſi utriuſque.
Bulbi vomitorii.

Calami Aromatici, exotici, i. acori veri.
Capparum.
Caryophyllatæ, Benedictæ, Oculi leporis.
Caulium.
Centaurii majoris, falſò Rhapontici.
Cepæ, Crommii.
Chameleontis { Albi, Carlinæ, Cardopatii. Nigri, Pancarpi.
Chelidonii { Majoris } Hirundinariæ majoris. { Minoris } Ficariæ, Scrophulariæ.
Cinæ, Chinæ.
Cichorii,
Colchici, Bulbi agreſtis.
Conſolidæ { Majoris. Minoris.
Coſti utriuſque.
Cucumeris agreſtis, Aſinini, Erratici.
Cynaræ, Scolymi, Cardui altilis.
Cynogloſſæ, Lycopſeos, Linguæ caninæ.
Curcumæ, terræ meritæ, cyperi Indici.
Cyperi utriuſque, { longi, Romani rotundi.

Dauci.
Dentarię major: Squamariæ, Orobandis rad. dentata.
Dictamni vulgaris, Polemonii, Fraxinellæ.

Doronici,
Dracontii veri, Dracunculi.

Ebuli, Chamæactes.
Echii { albi, } Campanicæ.
Ellebori Veratri { nigri, } Conſiliginis vulgaris, Melampodii, Ectomi, Entani.
Enulæ Campanæ, Helenii.
Endiviæ hortenſis, Intybi, Scariolæ.
Eringii, Centum capitum.
Eſulæ { majoris, } Characiæ. { minoris, } Tithymali Cypariſſiæ, cupreſſinæ.

Filicis, Pterios, Bletri.
Filipendulæ, Oenanthes.
Fœniculi, Marathri.
Fraxini.

Galangæ { majoris minoris } Exoticæ, Cyperi Babylo:
Gentianæ, Aloes Gallicæ.
Glycyrrhizæ, Liquiritiæ. Rad: Dulcis.
Graminis, i. Graminis Canini.

Hermodactyli veri,
Hyacinthi.
Iridis { noſtræ ſeu vulgaris, cœruleæ, Lilii cœleſtis. Florentinæ, Illyricę.
Imperatoriæ, Magiſtrantiæ, Laſerpitii Gallici. Aſtrantiæ.
Iſatidis, Glaſti.

Labri veneris, Dipſaci.
Lactucæ.
Lauri.
Lapathii acuti, Oxylapathi.
Leviſtici, Smirnii Dioſc:
Lilii albi, Roſæ Junonis, Crinanthemi.

Malvæ.
Mandragoræ, Anthropomorphi.
Mechoa-

Mechoachanæ, Bryoniæ Peruvianæ.
Mei, Urſini, Tortuoſi.
Mezerei, Piperis montani, Chamelææ.
Mororum Celſi, arboris ſapientis.
Morſus Diaboli, Succiſæ, Præmorſæ. Pycnocomi Dioſ.

Nardi Spicæ { Indicæ. Celticæ, Saliuncæ Plinii.
Nenupharis, Nymphææ.

Ononidis, Arreſtæ Bovis, Acutellæ, Remoræ aratri.
Oſtrutii, Magiſtrantiæ, Struthii quorund.

Paſtinacæ ſativæ & ſylveſtris.
Pentaphylli, Quinquefolii.
Petaſitæ, Galeritæ.
Peucedani, fœniculi Porcini, Sulphuratæ, Caudæ Porcinæ.
Pœoniæ Maris, Fœmellæ.
Phu, Valerianæ { Majoris. Minoris.
Pimpinellæ, Sanguiſorbæ.
Plantaginis.
Polypodii, Filiculæ.
Polygonati, Sigilli Solomonis, Scalæ cœli, Genichellæ.
Porri.
Prunellorum ſylveſtrium.
Pyrethri, Salivaris, Artimonii ex Antid. Bononi: in ſubſtitutis.
Squamariæ, Dentariæ, { Major: Matth.

Rhapontici.
Rhabarbari ſeu Ravedſeni.
Rhaphani { domeſticæ, Obſoniorum. ſylveſtris.
Rhodiæ, rad.
Rhabarbari Monachorum.
Rubiæ tinctorum, Erythrodani.
Ruſci, Bruſci, Myrſines ſylveſtris.

Sambuci.
Sarzæ Pariglię, Smilacis aſperæ.
Satyrii utriuſque.
Saxifragiæ albæ.
Sanguiſorbæ, Pimpinellæ Italicæ.
Scabioſæ.
Scordii.
Scillæ, Squillæ, Cæpæ marinæ.
Scrophulariæ, Galeopſidis, Millemorbiæ.
Scorzoneræ.
Seſeleos Æthiopici.
Siſari, Secacul, Siſeris.
Sigilli B. Mariæ, Bryoniæ nigræ.
Solidaginis.
Sonchi.
Spinæ albæ, Bedeguar.
Spatulæ fœtidæ.

Tamariſci, myricæ hymilis.
Tanaceti.
Thapſiæ exoticæ, Ferulaginis, Turpeti cineritii.
Tormentillæ, Heptaphylli.
Trifolii.
Tribuli aquatici.
Trachellii, Cervicariæ.
Trinitatis herbæ, violæ tricoloris.
Tunicis.
Tripolii vulg.
Turbith exotici.
Tuberum ſeu Boletorum.

Victorialis, Allii Alpini.
Vincetoxici, Hyrundinariæ, Aſclepiadis.
Virgæ paſtoris.
Ulmariæ, Barbæ capri, Reginæ prati.
Urticæ.

Zedoariæ, longæ, coſti Syriaci.
Zingiberis.
Zurumbet, i. Zedoariæ rotundæ, Anthoræ Avic:

## CORTICES.

Apii. Rad:
Avellanarum.

Aurantiorum.

Berber, Oxyacanthæ.

Caſiæ ligneæ, Syringis, Xylocaſiæ.
Capparis, rad:
Caſtanearum.
Cinnamomi, Canellæ.
Citri, mali medici.

Ebuli rad:
Enulæ.
Eſulæ rad: Tithymali.

Fabarum.
Fœniculi rad:
Fraxini rad:

Granatorum, Malicorium.
Guajaci lign: Ind: Sancti.

Juglandium virid:

Lauri.
Limonum.

Mandragoræ rad:
Myrobalanorum.
Macis, qui Cortex Moſchatæ nucis.
Maceris, qui ligni cujuſdam cortex craſſus, flaveſcens, valdè amarus & aſtringens.

Petroſelini rad:
Prunelli ſylveſtris.
Pinearum putamina.

Quercus arboris.

Raphani.

Suberis.
Rad: Sambuci, & caudicis.
Cort: medius Tamaricis.

Tilliæ.
Thuris.
Ulmi.

## LIGNA ET EORUM SCOBES.

Agallochus, Lignum Aloes.
Aſpalathus.

Breſilium.
Buxus.

Cypreſſus.

Ebenum.

Guajacum, Sanctum Ind:

Juniperinum.

Nephriticum.

Rhodium.

Santalum { Album. / Rubrum. / Citrinum, Moſchatellinũ. }
Saſſafras.

Tamariſci.

Xylobalſamum.

## HERBÆ ET EARUM FOLIA.

Abrotonum { mas. / fœmina. }

Abſinthiũ { Pōticũ, { latifoliũ, vulgare. / tenuifoliũ, { Galẽ. / Rom. } } / Seriphium, marinum. / Santonicum. }

Abugiliſſa, i. Anchuſa major.

Aceto-

Acetoſa ſive Oxalis.
Acanthus vera.
Adiantum { album, } Ruta muraria, Salvia vitæ. { nigrum, } Polytricū Dioſc. Capillus veneris.
Adiantum aureum, Polytricum aureū, Muſcus capillaris.
Agrimonia, i. Eupatorium Græcorum.
Ageratum, i. Eupatorium Meſuës.
Agnus Caſtus, Vitex, Piper Eunuchorum.
Alleluja ſive Lujula, Acedula, Acetoſella, trifolium acetoſum, oxys Pl:
Alcea.
Allium.
Althæa, Ibiſcus, Biſmalva, Malvaviſcus.
Alſine, Morſus Gallinæ.
Alchimilla, Pes leonis, Stellaria.
Alcanna, Liguſtrum.
Amaracus, majorana.
Angelica.
Anagallis { mas. foemina.
Anethum.
Apium, Herba Leonis.
Aparine.
Aſpergula odorata.
Aquilegia.
Argentina, Potentilla, Anſerina.
Artanita, i. Ciclamen.
Ariſtolochia { longa, Maſcula. rotunda, malum terræ.
Artemiſia, Mater herbarum.
Aſparagus.
Aſarum, Baccharis, Nardus ruſtica.
Atriplex, Olus aureum.
Auricula muris major, pulmonaria gallica.
Attractylis hirſuta.

Balſamita, mentha corimbifera, Coſtus hortorum.
Barba Jovis, Sedum majus.
Bardana, Lapathum, Perſonatia.
Beta { alba. nigra. rubra.
Benedicta, Caryophyllata.
Betonica { vulgaris. Pauli eſt Veronica mas. Coronaria, Caryophyllus hortenſis, Herba Tunica.
Bellis, herba Margarita.
Blitum.
Borrago.
Bonus Henricus, Tota bona.
Botrys.
Branca urſina, Acanthus Germanica.
Bryonia, { Vitis alba. Vitis nigra.
Burſa Paſtoris, Sanguinalis.
Bugloſſum.
Bugula.
Buphthalmum, Cotula non fœtida.
Buxus.

Calamintha { Montana. Paluſtris.
Calendula, Caltha, Solſequium, Verrucaria.
Callitrichum, Adianthon.
Caprifolium.
Carduncellus, Erigeron, Senecio.
Carduus { B. Mariæ lacteus. Benedictus.
Carlina.
Corallina, Muſcus marinus.
Caſſutha ſive Cuſcuta, podagra lini.
Caryophyllata, Benedicta
Catuputia minor, lathyris.
Cattaria, Nepeta.
Cauda equina, Hippuris, Equiſetum.
Caulis, Braſſica { hortenſis. ſylveſtris.
Centauriū { majus, Rhaponticum. minus, Fel terræ, febrifuga.
Centinodium, Corrigiola, Polygonum mas.
Cerefolium { vulgare. Myrrhis.
Cæpæa, Anagallis aquatica, Becabunga.

Ceterach,

Ceterach, i. Scolopendrion, Aſplenon.
Chamępitys, Ajuga, Iva arthritica, Thus terræ.
Chamædrys, vera, vulgaris, Calamandrina, Quercula, Triſſago, Teucrium cæruleum.
Chamæmelum { ſativum.
  ſylveſtre.
Chelidonium utrumque.
Cinara, Carduus Eſculentus, Artichocus.
Cichorium, Intybum Sylveſtre, Chondrilla.
Cicuta.
Clematis Daphnoides, vinca pervinca, Corona Virginea, Viola mortuorum.
Conſolida { Major, i. Symphytũ majus.
  Media, i. Bugula.
  Minima, i. Bellis.
  Rubra, i. Virga aurea.
  Regalis, i. Delphinium.
  Saracenica ſolidago.
Coronopus.
Cotonaria, Centunculus, Gnaphalium.
Cruciata.
Craſſula, Faba inverſa.
Crithamus, Herba S. Petri, Creta Marina, Fœniculum marinum.
Cucumis Aſininus.
Cyanus { major.
  minor.
Cynogloſſum, ſeu lingua Canis.
Cypreſſus, Chamęcypariſſus, Abroton. fœm.
Dictamnus Cretenſis.
Dipſacus, { ſativ: alb.
  ſylv: purpur.
Ebulus, Chamæacte, Sambucus pumila arvenſis.
Echium, Viperina.
Elatine, veronica fœmina.
Empetron, Calcifraga, perforipetra, Millegranum, Herniaria.

Endivia, ſativa intybus.
Enula Campana.
Epithymum, Epithymum Cretenſe.
Eruca.
Eupatorium, { Græc: Agrimonia.
  Meſ: Ageratum.
  Avicen: Cannabinum.
Euphragia, Euphroſyne, herba Ophthalmica.

Filix fœmina.
Filicula, Polypodium.
Filipendula.
Folium Malabathri.
Fœniculũ, Marathrum.
Fragaria.
Fraxinus { Lingua avis, paſſerina, bubula
  Sorbus aucuparia, Ornus.
Fumaria, Capnos.

Galega, Ruta capraria.
Galion.
Gentiana.
Geniſta, Spartion.
Geranium { Robertinum.
  Columbinum.
  Acus Moſchata.
  Gingidium.
Gramen, Agroſtis.
Gratiola.

Haſtula regia, Aſphodelus.
Hepatica, Lichen.
Hedera { Arborea. Corona terræ.
  Terreſtris, Chamæciſſus.
Herba Camphorata.
  Moſchata.
  Paralyſis, primula veris.
  Paris, Aconitum ſalutiferum, Monococcos.
  Roberti, Gratia Dei.
  Venti, i. Anemone,
Hermaria, millegranum.
Helxine, Parietaria, perdicium.
Hippogloſſum.
Hippolapathum.

Hippoſelinon olus Atrum.
Horminum ſativum, Sylveſtræ, Sclarea.
Hydropiper maculoſum.
Hyſſopus, Alhaſſe, Arabum hyſſopus.
Hyoſcyamus, Herba Apollinaris, Altercum, Faba ſuilla.
Hypericon, Perforata, Fuga Dæmonis.
Hypogolottis, Laurus Alexandrina.
Hypogloſſum, Lingua Pagana, Bonifacia, Biſlingua, Uvularia.

Iberis Cardamantice, Lepidium Campeſtre.
Inguinalis, Bubonium, Aſter Atticus.
Iris Germanica, Illyrica, Florentina, Luſitanica, Lutea, Cœrulea, Sylveſtris.
Iſatis, Glaſtum.
Iva arthetica, Moſchata.
Juncus odoratus.

Labrum, lavacrum Veneris, Dipſacus Fullonum Carduus.
Lactuca, Sativa, Sylveſtris.
Lagopus, Herba leporina.
Lavendula.
Laureola, Daphnoides, Chamælea Germanica.
Lappa minor, Xanthium.
Laurus.
Lentiſcus.
Lens paluſtris.
Lepidium piperitis.
Leviſticum, Liguſticum.
Libanotis coronaria Roſmarinus.
Linaria, Oſyris.
Linum B. Mariæ.
Lilium Convallium, Roſa Junonis.
Lingua Cervina, Phyllitis.
Limonium.
Lotus urbana, Trifolium cervinum.
Lupulus Salictarius.
Lychnitis coronaria.

Macis.
Magiſtrantia, Imperatoria, Oſtrucium.
Malva, Sativa, Criſpa.
Majorana, Amaracus, Sampſuchum.
Mandragora.
Marrubium, Praſium { album, nigrum, fœtidum.
Marum verum.
Matricaria, Parthenium.
Matriſylva, Periclymenon, herba Cordialis.
Maturella, i. Valeriana major, Phu utrumque.
Melilotus, Corona regia.
Meliſſa ſive Meliſſophyllum, Citrago.
Mentha { Sativa, Criſpa, Rubea. Aquatica, Siſymbrium.
Menthaſtrum, Mentha equina.
Mercurialis, mas, fœmina, Linozoſtis.
Mezereon, Chamælæa, Oleaſtellus.
Millefolium, Stratiotes.
Muſcus, Uſnea.
Myrtus, Myrtilli.

Nardus Indica, Spica Nard. Exotic.
Naſturtium { aquaticum, Cardamine, Siſymbrium. album, Thlaſpi. hortenſe, Creſſio.
Nicotiana, Tobacco, Sana ſancta, Herba Reginæ, Legati, Petum.
Nummularia, Centumorbia.
Nymphæa, Nenuphar.

Ocimum, Baſilicon { vulgare. citratum.
Oleæ folia.
Ononis, Aratri remora, Reſta bovis.
Ophiogloſſon, Lingulaca, Lācea Chriſti.
Origanum, Vulgare, Creticum, Onitis, Panaceum.
Oxylapathum, Rumex acutus.

Papaver { album, nigrum, rubrum, Rhæas, erraticum.
Parietaria, herba Perdicalis, Vitriola, Urceolaris.

Paſtinaca.

Paſtinaca.
Perſicaria non maculata.
Perfoliata.
Pentaphyllum, quinque folium.
Petroſelinum, Selinon.
Pes Columbinus, Geranium alterum.
Perſicorum folia.
Pimpinella.
Piloſella, Muris auricula.
Pithyuſa.
Plantago, Arnogloſſum, Septinervia, Quinquenervia.
Polium, Campeſtre, Marinum, Montanum, Creticum.
Polygonum, Sanguinaria, Centumnodium.
Polytrichum offic: Trichomanes.
Portulaca Sativa, Porcellana.
Porrum.
Primula veris, Bellis minor, herba S. Petri aut Pauli.
Prunella, Symphytum minus, herba Anthonii.
Pulegiũ, Cervinum, Regale, Glechon, Apoleium.
Pulmonaria, { Impetiginaria, arborea. / Symphytũ maculoſum. }
Pulicaria, i. Conyza.
Pyrus ſylveſtris.
Pyrola, Pyrifolia, Tintinnabulum terrę.

Quercus folia.

Ranunculus, Batrachium, Apium riſus.
Raparum folia.
Roſmarinum coronarium.
Roſa Solis.
Roſa alba, rubra, Damaſcena pallida.
Rumex, Lapathum.
Rubus Idæus, pumilus.
Ruta hortenſis, Rhyte, Sylveſtris Harmel.
Ruta muraria, Salvia vitæ, adiantum album.

Sabina, Barathrum.
Salvia major, Minor, Romana, Sylveſtris, Boſci ſalvia.
Salicis folia.
Sampſucum, majorana.
Sanicula, Diapenſia, Ferraria minor.
Saponaria { vulgaris. / Struthium & radicula Plinii. }
Satureia, Cunila, Thymbra ſativa, Joſeple.
Saxifragia alba.
Scabioſa, herba Apoſtematica.
Scariola.
Schœnanthos, Juncus odoratus, Paſtus Camelorum.
Scordium verum, non Sylveſtre, Scorodotis.
Scrophularia, Caſtrangula, Millemorbia.
Sedum ſeu ſempervivum { Majus, { Arboreſcens. / Vulgare. } / Minus, { Vermicularis, / Illecebra. } }
Senna Orientalis, Ægyptia, Alexandrina, Florentina, Italica, Provincialis, Syriaca.
Serpyllum.
Sigillum Solomonis, Polygonaton.
Smyrnium.
Solanum, Uva lupina, Morella.
Soldanella, Marina Braſſica.
Sonchus { levis / aſper } Cicerbita, Lactucella, lacterion.
Sophia Chirurg.
Spinachia, Olus Hiſpanicum.
Spina alba, Arabica, Bedeguar.
Spica Vulgaris, Romana, Celtica, Saliunca Plinii.
Stœbe.
Stæchas { Arabicum, / Citrinum, heliochryſum. }
Succiſa, ſive morſus Diaboli.
Suchaha, Spina Ægyptiaca,
Symphytum { Majus, vulgare. / Medium, bugula. / Maculoſũ, pulmonaria. / Petræum, prunella. }

Tanacetum, Athanaſia.

Taraxa-

Taraxacon, i. Dens Leonis, Hieracium minus, Seris urinaria, Caput Monachi.
Tamariſcus, Tamarix Illyrica.
Telephium.
Thlaſpi mithridaticum.
Thymbra, Saturia ſylveſtris.
Thymum, Thymiama herba.
Thymelæa.
Tithymalus, Eſula, Lactuca Marina.
Tormentilla, Heptaphyllon.
Trinitas, herba Trinitatis, viola tricolor.
Trifolium.
Tuſſilago, Ungula Caballina, Bechion, Farfara.

Valeriana, Phu Germanicum, herba D. Georgii { major. / minor.
Verbaſcũ, Candelaria, Lanaria, Thapſus barbatus.
Verbena, Periſterõ, Columbaris, herba Sacra, Sagminalis, Centrum Galli.
Veronica, { Mas, Betonica Pauli. / Foemina, Elatine.
Violaria, mater Violarum.
Vitis Vinifera, pampini.
Vitis { alba / nigra } Bryonia.
Vincetoxicum, Aſclepias, Hirundinaria.
Virga paſtoris.
Virga aurea, Conſolida rubra.
Ulmaria, Regina Prati.
Umbilicus Veneris.
Urtica, major, minor, Romana, hortulana.
Uſnea, Lanugo arborum.
Uſne, Cali, Salſicornia.

# FLORES.

Agni caſti, Viticis.
Amaranthi, Fl: Amoris.
Anethi.
Armerii.
Aurantiorum.

Baſilici, Ocimi.
Balauſtiorum, Sylveſtris Punicæ.
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſſi.

Caryophylli hortenſis.
Calendulæ, Calthæ.
Caprifolii, Matriſylvæ.
Capparum.
Carthami, Cnici.
Centaurii minoris.
Chamæmeli.
Cheyri, Leucoii lutei, Violæ luteæ.
Cichorii, Intybi ſativi, latifolii.
Comarum { Abſinthii. / Matricariæ.
Croci.
Cyani { majoris, frumenti flores Fil: Zachariæ. / minoris.
Cytini, ſativæ Punicæ.
Cynosbati.

Echii.
Epithymi.
Ericæ.
Erucæ.
Euphragiæ.

Fabarum.
Fumariæ, Fumiterræ.

Geniſtæ, Spartii, Scopariæ.

Hyacinthi.
Hyperici, Perforatæ.
Hyſſopi.

Jaſmini, Sambacis.

Labruſcæ, Vitis ſylveſtris.
Lauri.
Lavendulæ.
Lamii { albi. / rubri.

Liguſtri,

Liguſtri, Alcannæ.
Lilii albi.
Lilii Convallium, Verni.
Lupulorum.

Majoranæ, Sampſuchi.
Malvæ, utriuſq; Roſæ Hiemalis, Autumnalis.
Meliloti.
Meliſſæ, Meliſſophylli, Citrariæ.

Narciſſi, albi, lutei.
Nucum juglandium, Nucamenta.
Nymphææ utriuſq; Nenupharis, Clavi Veneris, Lilii paluſtris.

Origani.
Othonnæ, Caryophylli Indici.

Papaveris { nigri.
albi.
rubri. }
Perſicorum.
Periclymeni, Matri ſylvæ.
Pæoniæ.
Populi oculi, ſeu gemmæ.
Primulæ veris, Paralyſis, Verbaſculi odorati.
Prunellæ, Agricoccimelææ.
Prunorum ſylveſtrium.

Roſæ { albæ.
rubræ.
Damaſcenæ pallidæ. }
Roriſmarini, ſive Anthos.

Salviæ.
Saliunçę, Nardi Celticæ.
Sambacis, Jaſmini.
Sambuci.
Scabioſæ.
Schœnanthus, Junci odorati,
Siliginis.
Spicæ hortulanæ.
Stœchados, Arabici, Citrini.

Tamariſci.
Tanaceti.
Thapſi barbati, Verbaſci.
Tiliæ.
Tunicæ, Caryophylli hortulani.
Tuſſilaginis, Farfarę.
Vetonicę.
Violæ purpureæ { Purpureæ, Martiæ.
Matronalis. }
Urticæ mortuæ, Lamii.

## FRVCTVS ET GERMINA.

Agreſta.
Alkekengi, Halicacabi, Ceraſa Judęorum, hyemis, terræ.
Amygdala { Amara.
dulcia. }
Amoris poma.
Anacardi.
Arantia, mala aurea.
Avellana, Nux Pontica, Prænestina.

Balanus Myrepſica, Glans Unguentaria, Been Utrumque, Serapionis.
Baccæ { Herbæ Paridis.
Juniperi, Grana Turdorum.
Lauri. }
Berberis, Oxyacāthæ Gal: Baccæ Creſpini. Matth.

Cappares majores, minores.
Caricæ, Ficus aridæ, paſſæ.
Caryophyllum.
Carpobalſami, fructus, grana Balſami.
Caſſia fiſtularis, Siliqua Ægyptiaca.
Caſtanea, Glans Sardiana.
Ceraſum { Rubrum, dulce.
Nigrum, acidum. }
Citrium malum, Medicum.
Cicer { Rubeum, Venereum.
Candidum, Columbinum.
Nigrum, Arietinum. }
Colocynthis, Cucurbitæ ſylveſtris.
Corna,

Coni Cupreſſi, galbuli.
Cocci orientales, Coccoli.
Corinthiacæ Paſſulæ.
Cucumis Aſininus, hortenſis.
Cubebæ, Uvæ Illyricæ.
Cucurbita.
Cydonium, Cotoneum.

Dactylus, Palmula.

Ebuli grana, Baccæ Chamæactes.

Ficus virides, albæ.
Fraga.

Galla immatura, Turcica.
Glandes quercinæ, Dryobalani.
Glandium calyculi.
Granatum malum, Punicum, dulce, auſterum.
Grana tinctoria, Coccibaphicæ, infectoriæ, Kermes, Alchermes.
Groſſulariæ { Spinoſa, uva criſpa.
Non ſpinoſa, ribes off.

Juglans, nux Regia.
Jujubæ ſive Zyzypha, Serica.

Limones, Mala lemonia.

Mandragoræ pomum.
Mala inſana, Melangena.
Melones.
Meſpilum, Tricoccum.
Mora, Celſi, Sycamina.
Bati, Rubi { Canini, Cynosbati.
Idæi.
Mirobalani, Glandes Ægypt. { Emblicæ.
Chebulæ.
Citrinæ, Flavæ, luteæ.
Indæ, Nigræ.
Bellericæ, rotundæ.
Myrti baccæ, Myrtilli.

Nuclei { Ceraſorum.
Mali Armeni.
Mali Perſici.

Nux { Moſchata.
Odorata.
Aromatica.
Nux Indica.
Vomica.
Methel, Stramonea.

Oculi Populi, Gemmæ.
Oliva, muriâ condîta.

Papaveris albi vel nigri Capita.
**Permains** vel **Pippins.**
Perſica.
Phaſeoli, Dolychi.
Pini nucleus in conis.
Piſtacia, Fiſtica.
Poma { dulcia.
acida.
Pruna Damaſcena, Syriaca, Syracuſana, Ungarica, Vulgaria.
Prunella ſylveſtria, Agricoccimela.
Pyra Moſchatellina.
Aromatica.

Quercus Germina.

Ribes, Uvæ Urſinæ.

Sebeſten, Myxa, Pruneola pectoralia, nigra.
Sennæ foliculi.
Siliqua, Panis D. Johannis, Xylocaracta.
Sorba.
Spinæ albæ, Baccæ.
Strobyli.
Sumach, Rhus Obſoniorum.

Tamarindi, Palmulæ acidæ, Oxyphænicæ.
Tribulus aquaticus, Nux aquatica.

Uvæ Paſſæ, Paſſulæ.

## SEMINA SIVE GRANA.

Abſinthii Seriphii, Santonicum, Cinæ, Barbotina, Contra Lumbricos.
Acetoſæ ſive Oxalidis.

Acini, Punici ſemina.
Agni caſti, ſive Viticis, Salicis marinæ.
Althææ, Biſmaluæ.
Ammeos vulgaris, veri, Cumini regii Alexandrini.
Amomi veri.
Anethi.
Angelicæ.
Anguriæ.
Aniſi, Cymini dulcis.
Anthoræ, ſemen Roſarum.
Apii, ſativi, criſpi
Aquilegiæ, Aquilinæ.
Aſparagi, Corrudæ.
Atriplicis, Chryſolachani.
Aurantiorum.
Avenæ.

Bardanæ, Perſonatiæ.
Berberis, Oxyacanthæ.
Bombacis, Xyli.
Bulbi, Cepæ.

Cannabis.
Cardui benedicti, & Mariæ.
Cardamomi { majoris. minoris.
Carpobalſami.
Carthami, Cnici.
Carui, Careos.
Caulis, Braſſicæ.
Ceparum, Crommii.
Ceraſorum.
Cerefolii.
Cicutæ.
Citri.
Citruli.
Coriandri, Corii.
Colocynthidos.
Crithmi.
Cubebæ.
Cuſcutæ.
Cucumeris domeſtici, ſylveſtris.
Cucurbitæ, camerariæ.
Cymini, hort. ſylv:
Cydoniorum, Cotoneorum.

Dauci { noſtri. cretici.

Ebuli.
Endiviæ, Intybi, Cichorii.
Erucæ.
Eryſimi, Irionis.
Erui ſeu Orobi

Fabarum.
Fœniculi.
Fœnugræci, Ægocerotis, Siliculæ, Trifolii Græci.
Fraxini, linguæ avis, Orneogloſſi.
Fumariæ, Capni.

Garyophyllatæ.
Geniſtæ.
Granum Gnidium, i. Thymelæa.
Granum Solis, perperā pro milio Solis.
Granum Paradiſi.

Harmel, i. Rutæ ſylveſtris.
Hederæ.
Hippoſelini.
Hordei, ejuſque farina.
Hyoſcyami, Alterci, utriuſque.
Hyperici, Perforatæ.
Hyſſopi.

Lactucæ.
Lapathi acuti, Oxylapathi.
Lathyridis, Cataputiæ minoris, Eſulæ vulpinæ.
Laureolæ.
Lentes, Lenticulæ.
Leviſtici, Liguſtici.
Lini.
Lithoſpermi, Milii Solis.
Lolii.
Loti Urbanæ, ſativæ.
Lupini.

Maluæ.
Mandragoræ.
Majoranæ, Amaraci.

Magi-

Magiſtrantiæ, Oſtrutii.
Melonum.
Melopeponum.
Meſpilorum.
Mezerei.
Milii.

Napi, Buniadis.
Naſturtii.
Nigellæ, Gith.

Ocimi ſeu Baſilici Caryophyllati.
Oleris atri, Petroſelini Alexandrini, hippoſelini.
Oryzæ, Hordei Galatici.
Orobi.
Oſſa Dactylorum.

Papaveris { albi. nigri.
Panici.
Paſtinacæ ſylveſtris, Bauciæ, & ſativæ, Carotis, Staphylini.
Petroſelini { Vulgaris. Macedonici.
Perfoliatæ.
Piper { album. longum. nigrum.
Pimpinellæ, Bipinellæ, Pampinulæ.
Piſa.
Plantaginis.
Porri capitati.
Portulacæ, Porcellanæ.
Pœoniæ.
Pſyllii, Pulicariæ.

Rapi, Gongyles.
Raphani, radiculæ.
Rhois culinariæ ſive Sumach.
Ricini, Cataputiæ majoris, manus Chriſti, Granum regium.
Roſarum.
Rutæ hortenſis, Pegani.

Saxifragiæ.
Scariolæ, Seriolæ.
Semen Sanctum, Santonicum, contra vermes.
Seſami veri, vulgaris.
Seſeleos, vel Sileris Montani Maſſilienſis.
Sinapeos.
Siliquaſtri, Capſici, Piperis Indici.
Solani ſativi.
Staphydiſagriæ, Uvæ ſylu: Pediculariæ. Piper Marinum.

Thlaſpios.
Trifolii bituminoſi, odorati, Aſphaltitis.
Tritici, cujus farina volatilis.

Vicia.
Violarum.
Urticæ vulgaris, Romanæ.
Vvarum acini, gigartæ.

Zeæ, Speltæ.

# LACHRYMÆ, LIQVORES, GVMMI, RESINÆ.

Abietina oleoſa.
Ammoniacum, Tranſma.
Arabicum, Gummi ex Acacia Ægypti ſpina.
Animæ gummi.
Aſa { fœtida, Stercus Diaboli, recremẽtum Laſerpitii. Dulcis, ſive Benzoin.

Bdellium.
Balſamum { è Peru, Indicum. Judaicum.

Camphora, Caphura.
Caranna.
Cedria Pix, Alkitron.
Ceraſorum.

Elemi, Oleæ Æthiopicæ lachryma.
Euphorbium.

Galbanum.
Gum: Amygdalarum.
Juniperi, Sandaracha Arabum, Vernix.
Hederæ.

Laccæ, Cancamum.
Labdanum.
Laſerpitium.
Larignea reſina.
Lentiſcina, Maſtiche.
Lycium, Crocolytos.

Maſtiche.
Myrrha, arboris Arabicæ.

Olibanum, Thus Maſculum.
Opium, lachryma Papaveris nigri.
Opobalſamum, Balſamum Judaicum.
Opoponax, Panacis Heraclei liquor.

Pini reſina.
Pix liquida, ſicca, navalis, Zopiſſa.
Picebitumen.
Piſſanthum, Liquidæ picis flos.
Prunorum.

Reſina Cypria.

Sagapenum, Serapinum.
Sarcocolla, Carniglutium.
Sanguis Draconis.
Scammonium & Diacrydium.
Styrax { Calamitis. / Ruber, verus, ad ſuffitum, qui cortex eſt. / Liquidus, noſter, Myrrha ſtacte, cujus fæces, comphitæ. }
Strobilina Reſina.

Tacamahacha.
Terebinthina.
Thus, Olibanum.
Thuris Manna, i. pulvis, concuſſu eliſus.
Tragacanthum.

Vitium Lachrymæ.

## S U C C I.

Abſinthii ſuccus, in veſica inſpiſſatus.
Acacia, vel ſuccus Prunellorum ſylveſtrium.
Acetum.
Acetoſitas Citri.
Agreſta, Omphacium.
Aloe { Hepatica. / Soccotrina. }
Amylum.
Amurca.
Apii ſuccus.
Arantiorum.

Elaterium, è Cucumere agreſti.
Eupatorii.

Fæx vini.
Fæcula Brioniæ.

Gerſa ſerpentaria.
Glauciũ, ſuccus Papaveris corniculati, flore rubro.
Glycyrrhizæ ſuccus.
Grani tinctorii ſuccus.

Hypociſtis.

Manna vel Tereniabin, Mel aëreum.
Meconium, Maſlach, opium offic.

Oleum { recens. / vetus. / Omphacinum. }

Saccharum vel Zucharum, è canna.
Saccharum candum, Tabarzet.

Tartarum.

Vinum.
Viſcus Aucupum.

E PLAN-

## E PLANTIS NATA.

Agaricus, Fungus laricis.

Bedeguaris, ſpongia quercini generis.

Calices glandium, Capulæ glandium.

Epithymum.

Farina volatilis.
Furfur.

Muſcus.

Viſcus quercinus.

## ANIMALIA.

Aſelli, Millepedes.

Bombyces.
Buccinæ.

Capones.
Cantharides.
Cancri fluviatiles.
Catuli.
Carus ſenex, emaſculatus.
Cicadæ.
Cygnorum pulli.

Erinaceus.

Formicæ.

Galerita aſſa.

Hirudines.
Hirundines, Sanguiſugæ.

Limaces terreſtres, Cochleæ.
Lutra.

Lumbrici, ſeu vermes terreſtres, Inteſtina terræ.

Meli, Taxi.
Motacillæ.

Paſſer, troglodytes.
Purpuræ.

Ranæ virides.

Scorpiones terreſtres, triti, uſti.

Talpæ.
Teſtudines.
Tincæ, piſcium medici.
Tineæ.

Viperæ, Tyri,
Vulpes.

## ANIMALIUM PARTES EXCREMENTA, ET EX *IIS DESUMPTA.*

Caro viperina.

Calcaneus { Cervi. Leporis.

Cornu { Cervi, Simplex, Uſtum. Unicorni, Monocerotis. Rhinocerotis, Capræ.

Cerebrum { Leporis. Paſſerum.

Coagulum leporis, &c.
Os è corde Cervi.
Os cruris bovis.
Cranium humanum, in eo os triquetrum.
Os, & teſta Sepiæ.
Ebur, ſive dens Elephantis, ex quo fit Spodium.
Dens Apri. Fibri.
Blatta Byzantia, Unguis odoratus, Conchula

chula Indica.
Pulmo Vulpis, Agni, Suis, Urſi.
Hepar { Anatum. Aprinum. Aſininum. Lupi, ejuſq; Inteſtina.

Adeps { Anatis, Ardeæ, Arietis, cameli, Canis, Caponis, Capri, Caſtoris, Cuniculi, Equi, Anſeris, Gallinæ, Hominis, Leonis, Leporis, Lucii, Muris montani, Pardi, Serpentum, Tauri, Taxi, Timalli, Urſi.
Axungia porci.
Pinguedo vituli, Vulturis, Vulpis.
Sevum Hircinum, Caprinum, Cervinum, Bovinum, Ovinum, Vaccinum, Taxinum.
Medulla bovis, ovis, Agni, Cervi, canis, capræ, cruris, vaccæ, tauri, vituli.
Fel taurinum, vaccinum, Accipitris, Milvi, Caprinum, Suillum, leporinum.
Caſeus recens, vetus.
Caſtoreum, teſtes fibrorum.
Lapis { ex felle bovis. è capite Carpionis, Percarum.
Mandibula Lucii piſcis.
Mel.
Mel virgineum.
Ovi teſta excluſi pulli.
Aqua lactis.
Perna, Coxa Porcina.
Talus ſuillus.
Pili Leporis.
Stercus { Humanum, lupinum, murium, ovillum, caprinum, columbinum, equinum, gallinaceum, hirundinum, vaccinum, Caninum ſive album Græcum.
Pelliculæ ſtomachi Gallinæ.
Spolium ſerpentis, Senecta anguium.
Saliva.
Sudor.
Nidus hirundinum.
Propolis, in alveorum foribus, & rimis, cereum.

Butyrum vaccinum, ſalis expers, ſalſum.
Ichthyocolla, Gluten piſcium.
Lac aſinæ, capræ, mulieris, ovis, vaccæ.
Lapis Bezoar Orientalis, Occidentalis.
Moſchus.
Zibethum.
Mumia ſepulchrorum, Piſſaſphaltum.
Ovum gallinaceum, formicarum.
Sanguis { Hircinus, Humanus, Anſerinus, Caninus, Caprinus, Cervinus, columbinus, Leporis, Perdicis, Veſpertilionum, Suis, Taxi, tauri, teſtudinis.
Serum lactis.
Sperma { Ranarum. Ceti.
Teſtes { Galli. Equini.
Cera { alba, Citrina, rubea, flava, } factitia.
Oeſypus, lanæ ſuccidæ pinguitudo.
Oculi Cancri, Lapides Gammarorum.
Sericum crudum. }
Seta è bombice. }
Virga Cervina, Taurina.
Ungula Alces, Aſini, Capræ, Porci.
Urina hominis, Apri, Capri, Canis, Tauri.

# MARINA.

Ambra griſea odorata
Aqua & arena maris.

Bitumen Judaicum, Aſphaltus.
Buccinarum teſta.

Carabe vel Cacabre, i. Succinum, Electrum, nigr: Gagates, Ambra citrina.
Cancrorum, gammarorum teſta.
Cionia teſta.
Concha venerea.
Corallina.
Cochlearum teſta.
Corallium { album rubrum } frutex ſaxeus.

Dactyli.

Dactyli.
Dentalis.

Entalis.

Flos ſalis, Maris, Sperma Cœti.

Halcyonium, ſpuma & pila Maris.

Lapis ſpongiæ, Spongites.

Margarita ſolida, perforata, unio.
Mater Perlarum.
Mitulorum teſta.
Muria.

Naphtha, genus liquidi Bituminis, Petroleum.

Pumex.
Purpura.

Spongia, fungus maris.
Succinum album, citrinum, nigrum ut prius.

Tellina.

Umbilicus marinus.

## SALES.

- Sal Gemmæ, foſſilis, Cryſtallinus, Indus, Ammoniacus, Armeniacus, Niger, communis, Factitius, Petræ, Marinus, Alkali, &c.
- Nitrum, Sal nitri.
- Aphronitrum.
- Spuma ſalis è ſpuma Maris.
- Borax vel Baurach, Tincar.
- Chryſocolla factitia è nitro foſſili.
- Terra viridis.

## METALLICA MINERALIA, ET LAPIDES.

Æs; i. æs Uſtum.
Æris ſquama, batitura decutita.
Æris flos, rubigo æris, ærugo.
Ærugo raſilis, i. viride æris.
Ætites, Lapis Aquilæ.
Alabaſtrites.
Alabaſtrum.
Alana terra, Tripolis vulgo.
Alectorius, lapis Gallinaceus.

Alumen:
- Nativum:
  - Liquidum.
  - Rotundum.
  - Sciſſile, plumoſum, capillare.
- Factitium:
Sebeſten, ana numero triginta.
Paſſularum mundatarũ uncia una ſemis.
Ficuum ſiccarum,
Dactylorum pinguium, ana numero decem.
Mox imponantur
Semin: Malvæ.
Cydoniorum.
Tragacanthæ linteo raro incluſorum, ana drachmæ tres.
Poſtremò indantur,
Hyſſopi mediocriter ſicci drachmæ decem.
Capillorũ Veneris drachmæ ſex.
Coquantur ad libras tres, expreſſioni clarificatæ adde,
Sacchari libras duas ſemis.
Fiat ſyrupus.

## SYRVPVS JVJVBINVS, *MES.*

℞ Jujubarum numero ſexaginta.
Violarum.
Semin: Malvæ, ana drachmas quinque.
Capillorum Veneris.
Glycyrrhizæ raſæ & tuſæ.
Hordei mundati excorticati, ana unciam unam.
Semin: Papaveris albi.

Melo-

Melonum.
Lactucæ.
Cydoniorum.
Gummi Tragacanthæ, ana drachmas tres, in nodulo.
Coquantur in libris ſex aquæ pluvialis vel fontanæ ad dimidias, adde colatis
Sacchari libras duas.
Fiat Syrupus.

## SYRVPVS EX IVA ARTHRITICA, Seu DE CHAMÆPITY.

℞ Chamæpityos manipul. duos.
Salviæ.
Roriſmarini.
Lolii.
Origani.
Calaminthæ.
Mentaſtri.
Pulegii.
Hyſſopi.
Thymi.
Rutæ ſativæ & ſylveſtris.
Betonicæ.
Serpylli, ana manipul. unum.
Radic: Acori.
Ariſtolochiæ longæ. rotundæ.
Bryoniæ.
Dictamni.
Gentianæ.
Peucedani.
Phu, ana unciam unam ſemis.
Radic: Apii.
Aſparagi.
Fœniculi.
Petroſelini.
Ruſci, ana unciam unam.
Stœchados.
Semin: Aniſi.
Ammeos.
Carui.
Fœniculi.
Liguſtici.
Seſeleos, ana drachmas tres.
Radic: Pyrethri unciam ſemis.
Paſſularum uncias duas.
Coquantur ex aquæ q. ſ. poſteà cum
Mellis, &
Sacchari, ana libris duabus
Para, & aromatiza
Cinnamomo.
Nuce Moſchatâ, &
Cubebis. ſ. a.

## SYRVPVS MAGISTRALIS AD *MELANCHOLIAM*.

℞ Succi Pomorum odoriferorum (vulgò Pearemaynes) ſeſquilibram.
Borraginis.
Bugloſſi, ana uncias novem.
Fol: Sennæ orientalis mundatæ ſemilibram.
Semin: Aniſi.
Fœniculi dulcis, ana drachmas

maſtres.
Epithymi Cretenſis uncias duas.
Agarici albiſſimi.
Rhabarbari optimi, ana ſemunciam.
Zingiberis.
Macis, ana ſcrupulos quatuor.
Cinnamomi ſcrupulos duos.
Croci ſemidrachmam.

Agaricus & Senna conciſa cum ſeminibus, Zingibere, atque Mace craſſiuſculè contuſis, macerentur cum Epithymo in ſuccis præſcriptis, horas viginti quatuor. Bulliant deinde lento igne, uſque ad deſpumationem, & per manicam Hippoc: colentur. Colaturæ jam factæ adjiciatur Sacchari albiſſimi ſeſquilibra, & coquantur ſ. a. nec ſine deſpumatione, ad conſiſtentiam Syrupi, modò inter coquendum, Crocus panno lineo ligatus infricetur. Tum demùm admiſceatur Infuſio Rhabarbari conciſi, cum Cinnamomo craſſiuſculè cõtuſo, in Vini albi, & ſucci Pomorum, ana unciis duabus, interim facta, & fortiter expreſſa. Denuò ferveant parùm commiſta ad ignem pro ſyrupo.

SYRUPUS MELISSOPHYLLI, *FERNELII.*

℞ Radic: Dictamni.
Pentaphylli.
Vetonicæ.
Doronici Romani, ana unciam dimidiam.
Folior: Meliſſophylli.
Stœbes, vel Scabioſæ.
Succiſæ, i. Morſus Diaboli.
Florum Bugloſſi utriuſque, &
Roriſmarini, ana manipul. unum.
Semin: Oxalidis.
Citrii mali.
Fœniculi.
Cardui benedicti.
Ocimi, ana drachmas tres.

Coquantur in aquæ libris quatuor ad dimidias: expreſſo adde,
Sacchari albi libras tres.
Succi Meliſſæ.
Aquæ Roſarum, ana libram dimidiam.

Percoquantur in ſyrupum condiendum, cum
Cinnamomi &
Santali Citrini, ana uncia dimidia.

SYRUPUS DE MENTHA MAJOR, *MES.*

℞ Succi Cydoniorum dulcium & muzorum, i. acidodulcium.
Succi Granatorum acidodulcium, dulcium, acidorum, ana libram unam ſemis.
In ſuccis miſtis macera per horas viginti quatuor.

Menthæ ſiccæ libram unam ſemis.
Roſarum rubrarum uncias duas.
Coquantur ad dimidias, colentur, & addendo,
Sacchari libras quatuor,
Coquantur ad Syrupum : cùm reponitur, aromatizetur cum
Galliæ Moſchatæ tritæ & in ſyndone ligatæ, & ex orificio vaſis ſuſpenſæ drachma una.

## SYRVPVS MYRTINVS *NICOLAI.*

℞ Baccarum Myrti uncias duas ſemis.
Santali albi & rubri.
Sumach ſeu Rhois Culinariæ.
Balauſtiorum.
Berberorum.
Roſarum rubrarum, ana unciā ſemis.
Meſpilorum libram dimidiam.
Contuſa omnia coquantur in libris octo aquæ fontis ad medias, expreſſo adde,
Succi Cydoniorum.
Granatorum acidorum, ana uncias ſex.
Sacchari libras tres.
Coque in Syrupum ſ. a.

## SYRVPVS DE POMIS *FERNELII.*

℞ Succi Malorum noſtratium vocatorum
Pearemayns vel Pippins libras quatuor.
Succorum Bugloſſi domeſtici, ſylveſtris.
Aquæ Roſarum ſtillatitiæ.
Succi Violarum è foliis, ana libram unam.
Coque ſimul, & depurentur, deinde adde
Sacchari libras ſex.
Percoquantur in Syrupum.

## SYRVPVS DE POMIS REGIS SAPORIS. *MES.*

℞ Succi Pomorum dulcium libras duas.
Succi Borraginis,
Bugloſſi, ana libram unā ſemis.
Foliorum Sennæ uncias duas.
Sem: Aniſi unciam ſemis.
Croci drachmam unam.
Senna maceretur viginti quatuor horis in ſuccis, ſemel aut bis fervefiat, coletur, & cum
Sacchari libris duabus,
Percoquatur in ſyrupum ſ. a. Crocus in petia ligatus inter coquendum confricetur.

SYRV-

## SYRVPVS DE PRASIO. FER.

℞ Praſii albi recentis uncias duas.
Glycyrrhizæ.
Polypodii quercini.
Radic: Apii.
Fœniculi, ana unciam dimidiam.
Adianthi albi.
Origani.
Hyſſopi.
Calaminthæ.
Thymi.
Stœbes, vel Scabioſæ.
Satureiæ.
Tuſſilaginis, ana drachmas ſex.
Semin: Aniſi.
Bombacis, ana drachmas tres.
Uvarum Paſſarum expurgatarum, uncias duas.
Caricarum pinguium, numero decem.

Coquantur in libris octo hydromelitis diluti ad dimidias; expreſſum coquatur in ſyrupum, cum
Mellis & Sacchari albi, ana libris duabus.
Condiatur,
Radic:Iridis Florentinæ unciâ unâ.

## SYRVPVS RAPHANI. *FERNELII.*

℞ Radicum Raphani domeſtici,
Sylveſtris, ſeu Ruſticani, ana unciam unam.
Radic: Saxifragæ albæ.
Ruſci.
Leviſtici.
Eryngii.
Ononidis.
Petroſelini.
Fœniculi, ana unciam dimidiam.
Folior: Betonicæ.
Pimpinellæ.
Pulegii.
Cymarum urticæ.
Naſturtii aquatici.
Crithmi.
Callitrichi, ſeu Capillorum Veneris, ana manipul. unum.
Fructuum Halicacabi,
Zizyphorum, ana numero viginti.
Semin: Ocimi.
Bardanæ.
Petroſelini Macedonici.
Seſeleos.
Carui.
Dauci.
Lithoſpermi.
Cortic:Radic: Lauri, ana drachmas duas.
Uvarum paſſarũ expurgatarũ.
Glycyrrhizæ, ana drachmas ſex.

Coquantur ſecundùm artem in libris duodecim aquæ dum octo ſuperſint, è quibus colatis, cum
Sacchari libris quatuor, &
Mellis expumati libris duabus,
fiat ſyrupus clarus & conditus.

Cinnamomi unciâ unâ,
Nucis Moſchatæ unciâ dimidiâ.

## SYRVPVS DE QVINQVE RADICIBVS, *MES.*

℞ Radic: Apii.
Fœniculi.
Petroſelini.
Ruſci.
Aſparagi, ana uncias duas.
Aquæ fontis libras ſex.
Coquantur ad tertiæ partis conſumptionem, expreſſum coquatur denuò cum
Sacchari libris tribus,
Addendo in fine
Aceti vini albi uncias octo.

## SYRVPVS SCABIOSÆ COMPOSITVS MAGISTRALIS.

℞ Radic: Enulæ Campanæ.
Polypodii quercini, ana uncias duas.
Macerentur in vino albo horas 24.
Paſſularum majorum enucleatarum unciam unam.
Sebeſten numero viginti.
Farfaræ.
Pulmonariæ.
Satureiæ.
Calamenthæ, ana ſeſquimanipulum:
Glycyrrhizæ raſæ ſemunciam.
Tabaci optimi folium unun integrum.
Sem: Urticæ,
Bombacis, ana drachmas tres.
Coquantur in ſ. q. aquæ mulſæ dilutæ, ad uncias octo. Quibus adde percolatis
Succi Scabioſæ depurati uncias quatuor.
Sacchari albiſſimi uncias decem
Fiat ſyrupus ſ. a. clarificatus, ſuper addendo deinde,
Olei Sulphuris guttas viginti.

## SYRVPVS DE SCOLOPENDRIO, *FERNELII.*

℞ Polypodii è quercu.
Radic: utriuſque Bugloſſi.
Cortic: Radic: Capparis.
Cortic: Tamariſci, ana uncias duas.
Scolopendrii veri manip. tres.
Lupi ſalictarii.
Caſſuthæ.
Capillorum Veneris.
Meliſſophylli, ana manip. duos.
Coquantur in aquæ libris novem dum ad quinque redeant, Colato adde
Sacchari albi libras quatuor.
Percoquantur in ſyrupum expurgatum & clarum.

SYRV-

## SYRVPVS DE STOE-CHADE, *MES.*

℞ Florum Stœchados uncias quatuor.
Thymi,
Calaminthæ,
Origani, ana unciam unã ſemis.
Salviæ.
Betonicæ.
Florum Roriſmarini, ana unciam dimidiam.
Semin: Rutæ,
Pœoniæ,
Fœniculi, ana drachmas tres.
Coquantur ex aquæ libris decem ad dimidias: expreſſum cum
Sacchari, &
Mellis, ana libris duabus
denuò coquatur in ſyrupum.
Condiatur cum
Cinnamomi,
Zingiberis,
Calami odorati, ana drachmis duabus.
Quæ raro linteo illigata in ſyrupum ſint appenſa.

## SYRVPVS DE SYMPHYTO, *FERNELII.*

℞ Radic: & Cymarum Symphyti majoris, minoris, ana manip. tres.
Roſarum rubratum,
Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis, ana manipulos duos.
E tuſis omnibus recentibus exprimatur ſuccus; coquatur ad libras tres, & expumetur, addendo
Sacchari albi libras duas ſemis.
Fiat ſyrupus.

## SYRVPVS CARDIACVS, VEL JVLEPVM CARDIACVM, NOR.

℞ Vini generoſi Rhenenſis libras duas.
Aquæ Roſaceæ uncias duas ſemis.
Caryophyllorum ſcrupulos duos.
Cinnamomi drachmam mediam.
Zingiberis ſcrupulos duos.
Sacchari optimi uncias tres cum dimidiâ.
Decoquantur ad conſiſtentiam Julepi, poſteà addantur,
Ambræ grana tria,
Moſchi granum unum.

# MELITA ET OXYMELITA.

DIACARYON SEV DIANVCVM, *GALENI.*

℞ Succi nucum Juglandium viridium ab externo cortice expreſſi libras duas.
Coquendo inſpiſſetur, & additâ Mellis librâ unâ.
Rurſus percoquantur ad mellis conſiſtentiam.

DIACODIVM, *GALENI.*

℞ Capita Papaveris albi, nec nimiùm viridia, nec nimiùm matura, numero viginti.
Aquæ pluviæ aut fontanæ libras tres.
Macera horis viginti quatuor, poſt coque, donec capita contabuerint, dein cola, & colaturæ adde
Mellis libras duas.
Coque ad juſtam conſiſtentiam.
Fit & cum
Sapæ Vini dulcis libris duabus,
Succi Glycyrrhizæ unciis duabus.

DIAMORON, *NICOLAI.*

℞ Succi Mororum, Celſi & Rubi immaturorum, ana libram unam ſemis.
Mellis libras duas.
Coquantur lento igne ſ. a. ad mellis conſiſtentiam.

MEL ANTHOSATVM, *MES.*

℞ Florum Roriſmarini libram unam.
Mellis boni benè deſpumati libras tres.
Miſce in Olla vitrea, vel vitreata, oris non valdè patuli; inſola & ſerva ad uſus.

MEL è MERCVRIALI.

℞ Succi Mercurialis libras tres.
Mellis libras duas.
Coque ad mellis conſiſtentiam.

MEL PASSVLARVM, *NICOLAI.*

℞ Uvarum paſſarum ab acinis purgatarum, libras duas.
Infunde viginti quatuor horas in libris ſex aquæ calentis, deinde coque ad medietatem, colaturâ fortiter expreſsâ, denuò coquantur ad conſiſtentiam mellis, cum libris duabus mellis deſpumati.

MEL

## MEL ROSARVM COMMVNE, *MES.*

℞ Roſarum rubrarum nondum penitùs apertarum libras duas.
Mellis optimi libras ſex.
Inſolentur ſecundùm artem.

## MEL ROSARVM *NICOLAI.*

℞ Mellis albiſſimi optimi deſpumati libras decem.
Succi recentium Roſarum rubrarum libram unam.
Ponantur in Cacabo ad ignem, & cum bullire incœperint, adde
Roſarum rubrarum recentium cum forcipibus vel cultello inciſarum ab unguibus libras quatuor.
Bulliantque ad conſumptionem ſucci, continuè agitando. Colatura ponatur in vaſe fictili & ſervetur ad uſum.

## MEL ROSARVM SOLVTIVVM.

℞ Infuſionis roſarum pallidarum multiplicis libras quinque,
Mellis deſpumati libras quatuor,
Coquantur in Syrupi conſiſtentiam.
Simili modo paretur Mel Roſarum ex infuſionibus roſarum rubrarum.

## MEL VIOLARVM.

Mel Violarum eodem modo paratur, quo mel roſarum.

## OXYMEL SIMPLEX, *MES.*

℞ Mellis optimi, aromatici, & deſpumati, libras quatuor.
Aquæ puriſſimæ,
Aceti optimi, ana libras duas.
Coquantur ſecundum artem, donec Syrupi liquidioris conſiſtentiam acquirant; cavendum ne nimiâ coctione fiat ingratum.

## OXYMEL COMPOSITVM, *MES.*

℞ Cortic: Radic: mundat: inciſar:
Fœniculi,
Apii,
Petroſelini,
Ruſci,
Aſparagi, ana uncias duas.
Semin: Apii,
Petroſelini,
Fœniculi,
Aniſi, ana unciam unam.
Aquæ libras ſex.
Aceti optimi libram unam ſemis.
Mellis deſpumati libras tres.

Coquan-

Coquantur ſecundùm artem, ad Syrupi liquidioris conſiſtentiam.

## OXYMEL ELLEBORATVM GESNERI MAJVS.

℞ Rutæ,
Thymi capitati,
Dictamni Cretici,
Comæ Hyſſopi,
Pulegii,
Marrhubii,
Cardui benedicti,
Radicularum Nardi Celticæ ſine foliis,
Cortic: Sambuci interiorum, ana manipul. unùm.
Calaminthæ Cattariæ montanæ pugil. duas.
Semin: Aniſi,
Fœniculi,
Ocimi,
Urticæ Romanæ,
Anethi, ana drachmas duas.
Radic: Angelicæ,
Althææ,
Ari,
Scillæ præparatæ.
Ariſtolochiæ, rotundæ, longæ, clematitidis,
Turpeti,
Iridis noſtræ,
Coſti, qui violas olet, aut Zedoariæ,
Polypodii,
Cortic: Limonum, ana unciam unam:
Ellebori nigri fibrarum integrarum,
Eſulæ, ana drachmas duas.
Cortic: Radic: Ellebori albi unciam dimidiam.
Agarici drachmas duas, quas ſub finem decoctionis injicies.

Omnia ſicca, trita, infundantur in * Poſcæ (factæ ex æquis partibus aquæ & aceti) libris octo,
Sapæ unciis duabus; triduo in Sole, vel ad fornacem, in vitreo, aut figulino vaſe obturato: Tum decoquantur in terreo aut lapideo tornato vaſe ad dimidium ferè: cocta colabis modicè exprimendo, addeſque,
Mellis Roſacei, in quo unciæ duæ corticis Citri fuerint infuſæ libram unam ſemis, & ad conſumptionem poſcæ decoques, ut fiat Syrupus, qui ſub finem aromatizetur, cum
Caryophyllorum,
Croci,
Zingiberis,
Galangæ,
Macis, in ſacculo ſuſpenſorum, ana drachmâ unâ.

Servetur in vaſe vitreo, aut fictili vitreato.

## OXYMEL JVLIANIZANS.

℞ Corticum radicum Capparum,
Radic: Ireos,
Fœniculi,

Fœniculi,
Petroſelini,
Ruſci,
Cichorii,
Aſparagi,
Cyperi, ana unciam dimidiam.
Herb: Scolopendriæ,
Scœnanthûs,
Tamaricis, ana manipul: medium.
Semin: Fœniculi dulcis unciam dimidiam.

Coquantur poſt debitam infuſionem in * Poſcæ acidioris libris tribus ad libram unam ſemis: ex colatura cum
Mellis optimi, &
Sacchari deſpumatorum, ana libra dimidia.
Fiat decoctio ad ſyrupi conſiſtentiam.

* Poſca fit ex Aqua & Aceto, idq; ex re præſenti, vel acidior, vel dilutior, pro intentione Medici.

## OXYMEL SCILLITICVM SIMPLEX, *NICOLAI.*

℞ Mellis deſpumati libras tres.
Aceti Scillitici libras duas.
Coquantur ſecundùm artem.

## OXYMEL SCILLITICVM DEMOCRITI, *MES.*

℞ Origani,
Hyſſopi ſicci,
Thymi,
Liguſtici,
Cardamomi,
Stœchados, ana drachmas quinque.

Coque in libris tribus aquæ ad librarum duarum conſumptionem, colaturam percoque cum
Mellis libris duabus.
Mellis Paſſulati libra dimidia.
Succi Bryoniæ unciis quinque.
Aceti Scillitici libra una ſemis.
Semper deſpumando in ſyrupum.

## MEL ANACARDINVM, *AZARAVII.*

℞ Anacardios recentes, tere, & in aqua decoque, donec mellaginem quandam in rubeo colore fuſcam remittant, eam aquæ innatantem auferto, ac reponito.

## MEL EMBLICARVM, *AVG.*

℞ Myrobalanorum Emblicarum numero quinquaginta.
Contundantur mediocriter, & decoquantur in libris tribus Aquæ ad conſumptionem librarum duarum: reſiduo colato adde Mellis tantundem, & ad juſtam conſiſtentiam mellis percoque.

ROB

# ROB SIVE SAPÆ ET SVCCI.

## ROB SIVE SAPA SIMPLICITER.

℞ Vini recenter, ex uvis albis, generoſis & maturis expreſſi, libras duodecim.

Coque igne lento, donec libræ tantùm quatuor ſuperſint, vel ut conſiſtentiam mellis acquirant. Repone in vaſe vitreo, vel fictili vitreato.

## ROB DE BERBERIS.

℞ Succi Berberorum optimè colati libras octo.

Coque igne lento ad conſiſtentiam mellis, repone in vaſe vitreo aut fictili. Paratur etiam cum ſaccharo, addendo pro ſingulis libris ſucci, ſacchari libram unam, & coquendo ad mellis ſpiſſitudinem.

## ROB DE CORNIS.

℞ Succi pulpæ Cornorum libras duas.

Sacchari libram unam ſemis.

Coquantur ſecundùm artem, ad mellis conſiſtentiam.

## ROB CYDONIORVM.

℞ Succi Cydoniorum depurati libras ſex.

Coque ad duarum partium conſumptionem,, addendo ſacchari libras duas, denuò bulliant ad mellis ſpiſſitudinem: & poteſt parari ſine Saccharo.

## ROB PRVNORVM ACIDORVM.

Fit ex ſucco Prunorum acidorũ, ut Cydoniorum.

ROB

## ROB DE RIBES.

Paratur ut Rob de Berberis. Ut autem probè ſuccus depuretur, debet priùs calefieri, dein reſideat, ut clareſcat, tum lento igne coquatur. Sic enim ſpiſſitudinem idoneam acquiret.

## SVCCVS PRVNELLORVM PRO ACACIA SVBSTITVTVS.

℞ Succi Prunellorum ſylveſtrium ſ. a. depurati q. v. inſpiſſetur lento Balnei calore ad juſtam conſiſtentiam.

Succi inſpiſſati ex Abſinthio,
Eupatorio,
Fumaria,
& reliquis quibuſvis,
fiunt ex herbis ipſis tenellis, non adultis, contuſis, expreſſis, & ad ignem fervefactis, donec bullire incipiunt, denuóq; colatis, & ad juſtam ſpiſſitudinem lento igne evaporatis.

## SVCCVS GLYCYRRHIZÆ.

℞ Radicum Glycyrrhizæ boni ſaporis probè mundatarum & parùm contuſarum q. v. macerentur per triduũ in aquæ fontanæ eâ quantitate, ut duobus vel tribus aqua ſuperemineat digitis: dein parùm fervefiant & colentur: expreſſus denuò liquor levitèr coquatur ad juſtam ſpiſſitudinem, & in placentulas, Trochiſcos, aliaſve ad placitum formas effingatur.

## MIVA CYDONIORVM, *MES.*

℞ Succi Cydoniorum depurati libras duodecim.

Coquantur ad medietatis conſumptionem; tum adde vini albi veteris libras quinque.

Coquantur lento igne, ſæpiùs deſpumentur ad tertiæ partis abſumptionem. Poſtquam reſederint, cola, & adde Sacchari ſat puri libras tres.

Coquantur ad juſtam Mivæ conſiſtentiam.

LOHOCH,

# LOHOCH,
## SIVE
## ECLEGMATA.

### LOHOCH è CAVLIBVS. *GORDONII.*

℞ Succi Caulium rubearum depurati & clarificati libram unam.
Croci drachmas tres.
Mellis deſpumati,
Sacchari, ana libram dimidiam.
Fiat Lohoch ſ. a.

### LOHOCH DE PAPAVERE. *MES.*

℞ Papaveris albi drachmas viginti quinque.
Amygdalarum dulcium,
Nucleorum Pineorum,
Gum: Arabici,
Tragacanthi,
Succi Glycyrrhizæ, ana drachmas decem.
Amyli drachmas tres.
Semin: Portulacæ,
Lactucæ,
Cydoniorum, ana unciam dimidiam.
Croci drachmam unam.
Penidiorum alborum uncias quatuor.
Syrupi de Papavere minus compoſiti (quem vide pag. 28.) libras tres. Omnia contundantur & incidantur & cum ſyrupo excipiantur ſecundùm artem.

### LOHOCH è PASSVLIS. *AVG.*

℞ Radic: Pœoniæ maris unciam dimidiam.
Hyſſopi.
Meliſſæ.

Scolo-

Scolopendrii, ſive Ceterach, ana manipul. dimidium.
Glycyrrhizæ unciam dimidiam.

Decoquantur in ſufficienti quantitate aquæ pluviæ, Colaturæ cum expreſſione valida factæ, addatur Paſſularum exacinatarum in mortario benè contuſarum libra una:

Rurſum fiat decoctio, & per pannum lineum validè exprimatur, expreſſioni adde
Sacchari libram unam.

Fiat Lohoch.

## LOHOCH è PINO, *MES.*

℞ Nucleorum Pineorum drachmas triginta.
Amygdalarum dulcium,
Avellanarum aſſatarum,
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Pulver: Glycyrrhizæ, & ſucci ejuſdem,
Amyli,
Capillorum Veneris,
Radic: Ireos, ana unciam dimidiam.
Carnis dactylorum fulvorum drachmas triginta quinque.
Amygdalarum amararũ drachmas tres.
Mellis Paſſulati,
Sacchari albi tabarzet,
Bûtyri recentis, ana uncias quatuor.
Mellis optimi q. ſ. aut libras tres.

Diſſolvantur quæ diſſolvẽda ſunt, in ſufficienti quantitate decocti Capillorum Veneris, & reliqua addantur ſecundùm artem, ut fiat Lohoch.

## LOHOCH è PVLMONE VULPIS, *MES.*

℞ Pulmonis vulpis præparati,
Succi Glycyrrhizæ,
Capillorum Veneris,
Semin: Aniſi,
Fœniculi, ana unciam unam.
Sacchari aqua Tuſſilaginis clarificati uncias quindecim.

Tritis terendis tenuiſſimè Saccharo excipiantur omnia & ad debitam formam redigantur.

## LOHOCH SANVM ET EXPERTVM. *MES.*

℞ Cinnamomi,
Hyſſopi ſiccæ,
Glycyrrhizæ, ana unciam dimidiam.
Jujubarum,
Sebeſten, ana numero triginta.
Uvarum paſſarum enucleatarũ,
Ficuum ſiccarum,
Dactylorum pinguium, ana uncias duas.
Semin: Lini,
Fœnugræci, ana drachmas quinque.

Capillorum Veneris manipul. unum.
Semin: Aniſi,
Fœniculi,
Radic: Iridis,
Calaminthæ, ana unciam dimidiam.
Coquantur ſ. a. in aquæ clariſſimæ libris quatuor ad conſumptionem medietatis: colaturæ expreſſæ adde
Sacchari albiſſimi libras duas.
Coquantur rurſum ad conſiſtentiam ſyrupi, poſteà inſperge ſequentia minutiſſimè inciſa & contuſa,
Nucleorum Pineorum mundatorum drachmas quinque.
Amygdalarum dulcium,
Glycyrrhizæ,
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Amyli, ana drachmas tres.
Radic: Ireos drachmas duas.
Agitentur omnia ſimul diligenter & celeriter, donec albeſcant.

## ECLEGMA SCILLITICVM. *MES.*

℞ Succi Scillæ depurati.
Mellis deſpumati ana libras duas.
Coquantur ſimul ſ. artem ad conſiſtentiam mellis.

CON-

# CONDITA.

Condiuntur Saccharo diligenter clarificato ſecundùm artem.

- Caules
  - Angelicæ.
  - Cynaræ.
  - Lactucæ.
- Cortices
  - Aurantiorum.
  - Cinnamomi.
  - Citrorum.
  - Ligni Guaiaci.
  - Limonum.
- Flores
  - Aurantiorum.
  - Borraginis.
  - Citri.
  - Geniſtæ nondum aperti.
  - Primulæ veris.
  - Roriſmarini.
  - Roſarum.
- Fructus ut ſunt
  - Amygdalæ.
  - Berberes.
  - Cappares.
  - Caryophylli.
  - Ceraſa.
  - Corna.
  - Citria.
  - Cydonia.
  - Mala,
    - Armeniaca.
    - Perſica.
    - Vulgaria.
  - Meſpila.
  - Myrobalanorum quinque genera.
  - Nuces
    - Avellanæ.
    - Juglandes.
    - Moſchatæ.
  - Paſſulæ.
  - Pineæ.
  - Piſtaciæ.
  - Olivæ.
  - Piper in racemis ex India.
  - Poma.
  - Pruna
    - Hortenſia.
    - Sylveſtria.
  - Pyra.
  - Uvæ.

Pulpæ { Caſiæ. Citri. Cucurbitæ. Cydoniorum.

Radices { Acori vulgaris, Calami Aromatici, Galangæ. Angelicæ. Borraginis. Bugloſſi. Cichorii. Crethami agreſtis. Enulæ Campanæ. Eryngii. Pimpinellæ. Satyrii. Scolymi. Siſari, Siſeris, Secacul. Symphyti majoris. Zingiberis. Zedoariæ.

*Et ſurculi, & ſemina præter hæc condiuntur.*

Modus condiendi ſit, ut quæ magis amara, aut ſubſtantiâ duriora fuerint, aliquandiù macerentur, primùm in lixivio claro facto ex cineribus lignorum, deinde in aqua fontana calida, donec amaritudinem depoſuerint, aut humectata tenereſcant; pòſt aquâ leviter expreſsâ, coquantur in Julepo lento igne, deinde recondantur in vaſe vitreo, aut fictili vitreato, affundendo. Julepum cui incocta fuerunt; poteruntque condiri aromatibus, ut & moſcho, & ambrâ, pro libitû.

*Quæ minùs amara, molliora, non opus lixivio ut macerentur, ſed leviori ebullitione, Saccharum ut imbibant, & condiantur itidem.*

CONSER-

# CONSERVÆ & SACCHARA, HERBARVM, FOLIORVM, FLORVM ET FRVCTVVM.

CONSERVAE.

Abſinthii.
Acetoſæ.
Acetoſellæ ſive Lujulæ.
Adianthi.
Auranciorum.
Betonicæ.
Borraginis.
Bugloſſi.
Cardui benedicti.
Centaurei.
Ceterach, Aſpleni.
Chamædryos.
Caryophyllorū, ſeu Tunicæ.
Cichorii.
Cochleariæ.
Conſolidæ majoris.
Citrariæ.
Cynosbati.
Enulæ.
Euphragiæ.
Fumiterræ.
Geniſtæ non planè maturorum.
Granatorum.
Lavendulæ.
Liliorum alborum.
Lilii Convallium.
Malvæ.
Nymphææ, Nenupharis.
Pœoniæ.
Perſicæ.
Primulæ veris.
Prunellæ.
Roſarum { Damaſcenarū. / Rubrarum.
Roriſmarini ſive Anthûs.
Salviæ.
Sambuci.
Scabioſæ.
Stœchados.
Tiliæ.
Tuſſilaginis.
Violarum.
Galegæ ſiue Rutæ caprariæ.
Gratiolæ.
Hyſſopi.
Majoranæ.
Meliſſæ.
Menthæ.
Rutæ.
Satureiæ.
Scordii.
Symphyti.

Folia & Flores minutiſſimè incidantur, & ſingulis libris florum aut foliorum addantur
Sacchari albiſſimi libræ tres.

Sed ut flores & herbæ, non itidē parantur Berberes, Prunella, Fructus acidi in iſtis, exempli gratiâ.

℞ Fruct: Oxyacanthæ ſive Berberorū q.v. in aquæ fontanæ q. ſ. ſuper prunas vivaces bulliant, dum pulpa ab arillis per rarum ſetaceū convenienter decoletur, deprimēdo: dein
℞ Pulpæ præcolatæ libras ſex, quas

Pone in vitreato vaſe terreo (quòd acida ab æreo ingratùm ſapiant) & ad ignem lentum aquoſam humiditatem evapora: bacillo ligneo ſubinde agitando, ne ſuccus aduratur: demùm admiſce

Sacchari albi clari (ut eſt artis) libras decem,

ad conſiſtentiam coquendo debitam.

## DIACODIUM SOLIDUM SIVE TABULATUM.

℞ Capitum Papaveris albi, mediocri magnitudine, nec nimis viridium, neque ſuprà modum maturorum numero viginti.

Aquæ pluviæ aut ſontanæ libras tres.

Macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur donec contabuerint capita & colentur, ad extremum adde Sacchari quantitatem ſufficientem, & coquatur ut artis eſt, ut exinde fiant tabulæ.

## MANUS CHRISTI SIMPLEX ET PERLATA.

℞ Sacchari optimi libram unam.

Aquæ Roſarum pallidarum ſemilibram.

Coquantur ſecundùm artem, & projiciendo ſuper marmor, fiat Manus Chriſti: Si ſub finem coctionis addatur Margaritarum præparatarum & tritarum uncia dimidia, cum foliis auri octo vel decẽ, fit Manus Chriſti perlata.

## MANUS CHRISTI AD LUMBRICOS.

℞ Rhabarbari electi ſcrupulos quatuor.

Agarici trochiſcati,
Corallinæ,
Cornu Cervi uſti,
Dictamni Cretici,
Sem: Santonici,
Acetoſæ, ana ſcrupulum.
Cinnamomi,
Zedoariæ,
Caryophyllorum,
Croci ana ſemiſcrupulum.

Sacchari albiſſimi tenuiter triti libram unam.

Diſſolvatur Saccharum in aquæ Abſinthii unciis quatuor cum Vini Abſinthites uncia, & aquæ Cinnamomi Cochleari uno, & cum ſpeciebus præſcriptis fiant ſecundùm artem Manus Chriſti.

## PENIDIA.

Conſtant ex Saccharo, & aqua Hordei, eâ proportione & arte coctis, ut maſſa quædam exurgat admodùm ſolida, & ita tractabilis, ut digitis non adhæreat, & facilè in

in fila ducatur tenuiora, craſſiora, breviora aut longiora, contorta pro libitu; Plures addunt nonnihil Amyli.

## CONFECTIO DE THVRE, *NOR.*

℞ *S*em: Coriandri præparati unciam ſemis.
Nucis moſchatæ.
Thuris albiſſ: ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ.
Maſtichis ana drachmas duas.
Cubebarum.
Cornu Cervi præparati ana drachmam unam.
Conſer: roſarum rubrarum unciam unam,
Cum ſufficienti quantitate Sacchari albiſſ: fiat confectio in morſellis pondere drachmarum duarum.

## SACCHARVM ROSATVM.

℞ Florum Roſarum rubrarũ nondùm plenè maturarũ unciam unam.

Forcipibus omnis albedo amputetur, deinde in umbra ſiccentur, & terantur poſteà optimè in mortario lapideo, tunc cum unciis duodecim Sacchari optimi ſoluti in aqua Roſarum rubrarum, coquantur ſecundùm artem, dum aqua fuerit abſumpta: deinde projiciatur ſenſim maſſa ſuper marmore, & fiant vel Manus Chriſti, vel placentulæ pro libitu. *S*unt qui inter coquendum addunt Conſervæ Roſarum rubrarum uncias quatuor optimè immiſcendo, unde *S*accharum, & magis coloratum, & guſtui gratius redditur.

Eodem modo Saccharum conflatur Violatum, tabulatum.
Sic è Bugloſſo.
Capill: Veneris,
Cichorio.
Iride Flor:
Rad: Enulæ.
*S*ymphyto, & aliis.

SPECIES

# SPECIES SIVE PVLVERES.

### AROMATICVM CARYOPHYLLATVM, *MES.*

℞ Caryophyllorum drachmas ſeptem.
Macis,
Zedoariæ,
Galangæ minoris,
Santali Citrini,
Trochiſc. Diarhodon,
Cinnamomi,
Ligni Aloes,
Spicæ Nardi Indicæ,
Piperis longi,
Cardamomi, ana drachmam unam.
Roſarum rubrarum drachmas quatuor.
Galliæ moſchatæ,
Glycyrrhizæ raſæ, ana drachmas duas.
Folii,
Cubebarũ, ana ſcrupulos duos.
Ambræ griſeæ optimæ drachmam unam.
Moſchi ſemiſcrupulum.
Sacchari albiſſimi q. ſ.
Tritis omnibus diligentiſſimè fiat Pulvis.
Cum Syrupi è Citro admiſti q. ſ. Electuarium fieri poteſt.

### AROMATICVM ROSATVM GABRIELIS.

℞ Roſarum rubrarum drachmas quindecim.
Glycyrrhizæ raſæ drachmas ſeptem.
Ligni Aloes.
Santali citrini, ana drachmas tres.
Cinnamomi electi drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmas duas ſemis.
Gum: Arabici,
Tragacanthi, ana drachmas duas & ſcrupulos duos.
Nucis moſchatæ,

Carda-

Cardamomi minoris,
Galangæ, ana drachmam unã.
Spicæ Indicæ,
Ambræ griſeæ, ana ſcrupulos duos.
Moſchi ſcrupulum unum.
Pulveriſentur ſecundùm artem, & pulvis ſervetur in vaſe vitreo, vel fictili vitreato ad uſum.

Parari poteſt ſine ſpica propter ingratitudinem, quo nomine & in reliquis ſpeciebus cordialibus Spica omitti poteſt.

PULVIS CARDIACUS MINOR, *FERN*.l.5.c.21.

℞ Cornu Cervi,
Unicorni,
Margaritarum ſplendidarum,
Scobis Eboris, ana grana ſex.
Fiat Pulvis tenuis: ſi reſervandus, ſingulorum quantitas augetur analogicè.

PULVIS CARDIACUS MAJOR, *FERN*.

℞ Radic: Tormentillæ,
Dictamni,
Tunicæ,
Scabioſæ.
Sem: Acetoſæ,
Coriandri præp.
Citri,
Cardui Benedicti,
Endiviæ,
Rutæ, ana drachmam unam.
Trium Santalorum,
* Been { albi, rubri, } { vel ſucced: pag. 58. }
Doronici Romani,
Cinnamomi,
Cardamomi,
Croci,
Flor: Bugloſſi utriuſque,
Roſarum rubrarum,
Nymphææ,
Ligni Aloes,
Macis ana ſcrupulos duos.
Raſuræ Eboris.
Spodii,
Oſſis è Corde Cervi,
Corallii rubri,
Margaritarum ſplend:
Smaragdi,
Hyacynthi,
Granati, ana ſcrupulum unum.
Serici crudi torrefacti,
Boli Armeni,
Terræ Lemniæ, ana ſemidrachmam.
Caphuræ,
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana grana ſex.
Fiat Pulvis, & ex octuplo Sacchari, albi aquâ roſarum ſoluti, tabellæ concinnentur.

PULVIS AD CONTUSOS EX CASU, *AUGUST*.

℞ Terræ ſigillatæ,

Sangui-

Sanguinis Draconis,
Mumiæ, ana drachmas duas.
Spermatis Ceti drachmam unam.
Rhabarbari drachmam dimidiam.
Fiat omnium Pulvis ſecundùm artem.

## SPECIES CORDIALES TEMPERATÆ.

℞ Ligni Aloes,
Spodii, ana drachmam unam.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Oſſis de corde cervi,
Radic: Angelicæ.
*Been utriuſque, (vel eorum loco Radic: Caryophyllatæ & Tormentillæ, ) ana drachmam unam ſemis.
Margaritarum præparatarum drachmas ſex.
Serici crudi toſti.
Corallii utriuſque, ana drachmas duas.
Hyacynthi,
Smaragdi,
Sapphyri, ana drachmam dimidiam.
Croci ſcrupulum unum.
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana drachmam dimidiam.
Folia { Auri, Argenti, ana decem.
Fiat Pulvis ſecundùm artem.

## DIACALAMINTHES SIMPLEX, *GAL.*

℞ Calaminthæ Montanæ,
Pulegii,
Origani.
Sem: Petroſelini Macedonici,
Petroſelini,
Seſeleos, ana drachmas duas.
Sem: Apii,
Cymarum Thymi, ana unciam dimidiam.
Sem: Liguſtici,
Piperis nigri, ana unciam unam.
fiat Pulvis ſecundùm artem.

Fieri etiam poteſt Electuarium, cum Sacchari albiſſimi (ſoluti in aqua Violarum aut Roſarum) libris duabus ſemis.

## SPECIES ELECTVARII DIACALAMINTHES COMPOSITI, *FER.*

℞ Pulveris Electuarii Diacalaminthes ſimplicis unciam dimidiam.
Folior: Praſii,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Artemiſiæ,
Sabinæ, aridorum, ana drachmam unam.
Radic: Cyperi,
Sem: Rubiæ.
Rutæ,
Macis,

Cinna-

Cinnamomi, ana ſcrupulos duos.
Terantur & miſceantur diligentiſſimè; fieri etiam poteſt Electuarium cum Sacchari in aqua Parthenii ſoluti duodecuplo.

## DIANISVM, *MES.*

℞ Sem: Aniſi elect: uncias duas ſemis.
Glycyrrhizæ raſæ,
Maſtiches, ana unciam unam.
Sem: Carui,
Fœniculi,
Galangæ,
Macis,
Zingiberis,
Cinnamomi, ana drachmas quinque.
Trium Piperum,
Caſiæ ligneæ,
Calaminthæ,
Pyrethri, ana drachmas duas.
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cubebarum,
Spicæ Indicæ,
Croci, ana ſeſquidrachmam.
Sacchari albi uncias quinque.
Fiat Pulvis, & cum melle deſpumato Electuarium.

## SPECIES ELECTVARII DIACYMINI. *NICOLAI.*

℞ Cymini per diem naturalem infuſi in aceto, & iterum exiccati, unciam unam, & ſcrupulum unum.
Cinnamomi,
Caryophyllorũ, ana drachmas duas ſemis.
Galangæ,
Satureiæ,
Calaminthes, ana drachmam unam & ſcrupulos duos.
Zingiberis,
Piperis nigri, ana drachmas duas, & grana quinque.
Sem: Liguſtici,
Ammios, ana drachmã unã & grana octodecim.
Piperis longi drachmam unam.
Spicæ Nardi,
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi, ana ſcrupulos duos ſemis.
Terantur, & diligenter recondantur ad uſum, in forma Pulveris.

## SPECIES ELECTVARII DIAGALANGÆ, *MES.*

℞ Galangæ,
Ligni Aloes, ana drachmas ſex.
Caryophyllorum,
Macis,
Semin: Liguſtici, ana drachmas duas.
Zingiberis,
Piperis longi,
albi,
Cinnamomi,
Calami Aromatici, ana drachmam unam ſemis.

Cala-

Calaminthæ ſiccæ,
Menthæ ſiccæ,
Cardamomi majoris,
Spicæ Indicæ,
Sem: Apii,
Aniſi,
Fœniculi,
Carui, ana drachmam unã.
fiat Pulvis ſecundùm artem.

Fieri etiam poteſt Electuarium cum Sacchari albi, vino Malvatico ſoluti,
vel Mellis deſpumati duodecuplo.

## SPECIES ELECTVARII DE GEMMIS CALIDI, MES.

℞ Trochiſcorum Diarhodon,
Ligni Aloes, ana drachmas quinque.
Margaritarum albarum.
Zedoariæ,
Doronici,
Cortic: Citri.
Macis,
Sem: Ocimi Caryophyllati.
Ambræ griſeæ veræ, ana drachmas duas.
Corallii rubri,
Succini albi,
Raſuræ Eboris, ana ſcrupulos quinque.
Sapphyri,
Hyacynthi,
Sardæ,
Granati,
Smaragdi,
Cinnamomi,
Galangæ,
Zurumbet, ana drachmam unam ſemis.
* Been utriuſque (vide ſuccedan: pag. 58.)
Caryophyllorum.
Zingiberis,
Piperis longi,
Spicæ Indicæ,
Folii, vel Spicæ Celticæ,
Croci,
Cardamomi majoris, ana drachmam unam.
Folior: Auri,
Argenti, ana ſcrupulos duos.
Moſchi drachmam dimidiam.

Fiat omnium Pulvis ſecundùm artem, & ſervetur ab aëre concluſus diligentiſſimè.

## SPECIES ELECTVARII DE GEMMIS FRIGIDI.

℞ Margaritarum præparatarum drachmas tres.
Spodii,
Raſuræ Eboris,
Corallii utriuſque, ana drachmas duas.
Flor: Roſarum rubrarum drachmam unam ſemis.
Hyacynthi,
Sapphyri,

Sma-

Smaragdi,
Sardæ,
Granati,
Santali { albi, rubri, Citrini,
Flor: Borraginis,
Bugloſſi,
Sem: Acetoſæ,
Baſilici,
* Been utriuſque ( vide pag. 58. ) ana drachmam unam.
Oſſis è corde Cervi drachmam dimidiam.
Folia Auri,
Argenti, ana quindecim.
Fiat Pulvis ſecundùm artem, diligenter reponatur.

## SPECIES ELECTVARII DIAIREOS SIMPLICIS, *NICOLAI.*

℞ Ireos unciam dimidiam.
Sacchari candi,
Specierum Diatragacanthi frigidi, ana drachmas duas.
Fiat Pulvis.

## SPECIES DIALACCÆ, *MES.*

℞ Laccæ præparatæ,
Rhabarbari,
Schœnanthi, ana drachmas tres.
Spicæ,
Maſtiches,
Succi Abſinthii Romani,
Eupatorii, i. Agerati,
Sem: Apii,
Ammeos,
Fœniculi,
Aniſi,
Sabinæ,
Amygdalarum amararum,
Myrrhæ,
Coſti, ſeu Zedoariæ,
Radic: Rubiæ tinctorum,
Aſari,
Ariſtolochiæ { longæ, rotundæ,
Gentianæ,
Croci,
Cinnamomi,
Hyſſopi ſiccæ,
Caſiæ ligneæ veræ,
Bdellii, ana drachmam unam ſemi.
Piperis,
Zingiberis, ana drachmam unã.
Fiat Pulvis ſ. a.
Fieri etiam poteſt Electuarium cum mellis vel Sacchari vino albo, vel aquâ Cichorii, ſoluti, q. ſ.

## SPECIES ELECTVARII DIAMARGARITON CALIDI. *AVICEN.*

℞ Margaritarum albiſſimarum,
Pyrethri, ana drachmam unam.
Zingiberis.

Maſtiches, ana unciam dimidiam.
Doronici,
Zedoariæ,
Sem: Apii,
Cardamomi utriuſque,
Nucis moſchatæ,
Macis, ana drachmas duas.
* Been utriuſque vide ſuccedan: pag. 58.
Piperis { nigri, longi, ana drachmas tres.
Cinnamomi drachmas quinque.
Pulverizentur, reponantur ad uſum.

## SPECIES ELECTVARII DIAMARGARITON FRIGIDI, *NIC.*

℞ Semin: quatuor frigidorũ majorum mundatorum.
Sem: Portulacæ,
Papaveris albi,
Endiviæ,
Oxalidis,
Citri,
Trium Santalorum,
Ligni Aloes,
Zingiberis,
Flor: Roſarum rubrarum,
Nymphææ,
Bugloſſi,
Violarum,
Baccarum Myrti,
Oſſis è corde Cervi,
Eboris,
Doronici Romani,
Cinnamomi, ana drachmam unam.
Corallii utriuſque, ana drachmam dimidiam.
Margaritarum ſplendidarum drachmas tres.
Ambræ griſeæ.
Caphuræ, ana grana ſex.
Moſchi grana duo.
Fiat Pulvis ſecundùm artem.

Obſervandum autem, ut ſemina frigida Majora & Papaveris mundata non priùs addantur, quàm ſpecies requiruntur à Medico ad uſum, alioqui compoſitio fiet rancida: & ſic in reliquis ſpeciebus, quarum compoſitionem hæc ſemina ingrediuntur.

## SPECIES ELECTVARII DIAMBRÆ, *MES.*

℞ Cinnamomi,
Doronici, ſive Zedoariæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Folii,
Galangæ, ana drachmas tres.
Spicæ Indicæ,
Cardamomi majoris,
minoris, ana drachmam unam.
Zingiberis drachmam unam ſemis.
Ligni Aloes,

Santali

Santali Citrini,
Piperis longi, ana drachmas duas.
Ambræ griſeæ ſeſquidrachmã.
Moſchi drachmam dimidiam.
Miſce, fiat omnium Pulvis.

### SPECIES ELECTVARII DIAMOSCHV DVLCIS, *MES.*

℞ Croci,
Doronici, ſeu Galangæ,
Zedoariæ,
Ligni Aloes,
Macis, ana drachmas duas.
Margaritarum albarum,
Serici crudi toſti,
Succini,
Corallii rubri,
Galliæ Moſchatæ,
Ocimi Citrati, ana drachmas duas ſemis.
Zingiberis,
Cubebarum,
Piperis longi, ana drachmam unam ſemis.
* Been utriuſque, vel ſuccedan: pag. 58.
Folii, aut Cinnamomi,
Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum, ana drachmam unam.
Moſchi ſcrupulos duos.
fiat Pulvis ſecundùm artem.
fiet & Electuarium, addendo Sacchari vino albo ſoluti quadruplũ.

### SPECIES ELECTVARII DIAMOSCHV AMARI, *MES.*

Ad eadem ingredientia, & pari doſi, adde
Abſinthii,
Roſarum, ana drachmas tres.
Aloes optimæ lotæ ſemunciam.
Cinnamomi drachmas duas ſemis.
Caſtorei,
Liguſtici, ana drachmam unam.
Fiat Pulvis.

### SPECIES ELECTVARII DIANTHON, *NIC.*

℞ Flor: Roriſmarini unciam unã.
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Glycyrrhizæ, ana drachmas ſex.
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ.
Nucis moſchatæ,
Galangæ,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloes,
Cardamomi,
Sem: Anethi,
Aniſi, ana ſcrupulos quatuor.
Fiat Pulvis ſecundùm artem.

## DIAPENIDIION, *NIC.*

℞ Penidiorum uncias duas.
Nucum Pinearum,
Amygdalarum dulcium mundatarum,
Sem: Papaveris albi, ana drachmas tres, ſcrupulum unum.
{ Cinnamomi.
{ Caryophyllorum.
{ Zingiberis.
Succi Glycyrrhizæ,
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Amyli candidiſſimi.
Sem: 4. frig: maj: excortic: ana ſeſquidrachmam.
Camphoræ grana ſeptem.
Sacchari albiſſimi q. ſ. vel in forma Electuarii, cum Syrupo Violarum.

## DIARHODON ABBATIS, *NICOLAI.*

℞ Santalorum alborum,
rubrorum, ana drachmas duas ſemis.
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Spodii, ana ſcrupulos duos.
Aſari,
Maſtiches,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi,
Glycyrrhizæ,
Croci,
Ligni Aloes.
Caryophyllorum,
Galliæ moſchatæ,
Sem: Aniſi,
Fœniculi,
Cinnamomi,
Rhabarbari,
Sem: Ocimi,
Acinorum, Berberis,
Sem: Scariolæ,
Portulacæ,
Cucurbitæ,
Cucumeris,
Citruli,
Melonum,
Papaveris albi, ana ſcrupulum unum.
Margaritarum.
Oſſis è Corde Cervi, ana ſcrupulum dimidium.
Sacchari Candi,
Roſarum rubrarum, ana unciã unam, & drachmas tres.
Camphoræ grana ſeptem.
Moſchi grana quatuor.
Fiat Pulvis ſ. a.

Fieri etiam poteſt Electuarium cum octuplo Sacchari diſſoluti in aqua Roſacea.

## DIOSPOLITICVM, *GALENI.*

℞ Cymini præparati,
Piperis longi,
Folior: Rutæ ſiccatorum, ana unciam unam.
Nitri unciam dimidiam.
Fiat Pulvis.

SPECIES

## SPECIES ELECTVARII DIATRAGACANTHI FRIGIDI, *NICOLAI.*

℞ Gum: Tragacanthi albi uncias duas.
Arabici unciam unam & drachmas duas.
Amyli unciam dimidiam.
Glycyrrhizæ,
Sem: Melonum,
Papaveris albi,
Citruli,
Cucumeris,
Cucurbitæ, ana drachmas duas.
Penidiorum uncias tres.
Caphuræ ſemiſcrupulum.
Fiat Pulvis ſ. a.

Fieri etiam poteſt Electuarium, cum Syrupi Violacei ſufficienti quantitate: At cautio habenda eſt (ut priùs) de ſeminibus frigidis.

## SPECIES ELECTVARII DIATRION PIPEREON, *GALENI.*

℞ Trium piperum, ana drachmas ſex, & grana quindecim.
Sem: Aniſi,
Thymi,
Zingiberis, ana drachmam unam.
Fiat Pulvis: & cum Saccharo in aqua florum Roriſmarini ſoluto, vel melle prout res poſtulaverit fieri poteſt Electuarium ſ. a.

## SPECIES ELECTVARII DIATRION SANTALON, *NIC.*

℞ Santalorum omnium.
Roſarum rubrarum,
Sacchari candi, ana drachmas tres.
Rhabarbari,
Spodii,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem: Portulacæ, ana drachmas duas, & grana quindecim.
Amyli,
Gum: Arabici,
Tragacanthi,
Sem: Melonum,
Cucumeris,
Citruli,
Cucurbitæ,
Scariolæ, ana drachmam unam ſemis.
Camphoræ ſcrupulum unum.
Fiat Pulvis ſ. a.

Fieri etiam poteſt Electuarium cum octuplo Sacchari in aqua Roſacea ſoluti.

## PVLVIS HALY.

℞ Sem: Papaveris albi drachmas decem.

Gummi Arabici,
Amyli,
Tragacanthi, ana drachmas tres.
Semin: Portulacæ,
Altheæ,
Malvæ, ana drachmas quinque.
Cucumeris,
Melonis,
Cucurbitæ,
Citruli,
Cydoniorũ mundatorũ, ana drachmas ſeptem.
Spodii,
Glycyrrhizæ, ana drachmas tres.
Penidiorũ ad pondus omnium.
Fiat Pulvis ſ. a.

LÆTIFICANS GALENO ADSCRIPTUS.

℞ Florum Ocimi Caryophyllati aut ſem. ejuſdem.
Croci,
Zedoariæ,
Xyloaloes,
Caryophyllorum,
Corticum Citri,
Galangæ,
Macis.
Nucis moſchatæ,
Styracis Calamitæ, ana drachmas duas ſemis.
Raſuræ Eboris,
Sem: Aniſi,
Thymi,
Epithymi, ana drachmam unam.
Oſſis è Corde Cervi,
Margaritarum,
Camphoræ,
Ambræ,
Moſchi, ana drachmam dimidiam.
Folior: Auri,
Argenti, ana ſcrupulum dimidium.
Fiat Pulvis ſ. a. reſervetur diligenter ad uſum.

SPECIES CONFECTIONIS LIBERANTIS.

℞ Radic: Tormentillæ,
Semin: Acetoſæ,
Endiviæ,
Coriandri præparati,
Citri, ana drachmam unam ſemis.
Santalorum omnium,
Dictamni albi, ana drachmam unam.
Boli Armeni,
Terræ Lemniæ, ana drachmas tres.
Margaritarum,
Corallii utriuſque,
Succini albi,
Raſuræ Eboris,
Spodii,
Oſſis è Corde Cervi,
* Been utriuſque, vel ſuccedan: pag. 58.
Radic: Angelicæ.

Carda-

Cardamomi,
Cinnamomi,
Macis,
Ligni Aloes,
Caſſiæ Ligneæ,
Croci,
Zedoariæ, ana drachmam dimidiam.
Penidiorum,
Sacchari candi,
Serici crudi toſti,
Smaragdi,
Hyacynthi,
Granati, ana ſcrupulos duos.
Flor: Nymphææ,
Bugloſſi,
Roſarum rubrarum, ana ſcrupulum unum.
Camphoræ grana ſeptem,
Moſchi,
Ambræ griſeæ ana grana tria.
Fiat Pulvis ſecundùm artem.

## LITHONTRIBON,
*NIC. SEC. FERN.*

℞ Spicæ Nardi,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Melanopiperis,
Cardamomi,
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmam dimidiam.
Coſti,
Glycyrrhizæ,
Cyperi,
Tragacanthæ,
Chamædryos, ana ſcrupulos duos.
Sem: Ammeos,
Apii,
Aſparagi,
Ocimi,
Urticæ,
Citri,
Saxifragiæ,
Pimpinellæ,
Carui,
Dauci,
Fœniculi,
Ruſci,
Petroſelini Macedonici,
Bardanæ,
Seſeleos,
Aſari, ana drachmam unam.
Lapidis Spongiæ,
Lyncis,
Cancri,
Judaici, ana drachmam unam ſemis.
Sanguinis Hircini præparati unciam unam ſemis. Fiat Pulvis ſecundùm artem.

## PVLVIS SAXONICVS.

℞ Radic: utriuſque Angelicæ,
Vincetoxici,
Valerianæ domeſticæ,
Polypodii quercini,
Radic: Althææ,
Urticæ, ana unciam dimidiam.
Cortic: Mezerei German: drachmas duas.
Granorum herbæ Paridis numero viginti quatuor.
Folior: ejuſdem, cum toto, numero triginta ſex.
Ex maceratis in aceto radicibus, & ſiccatis, fiat omnium pulvis.

## PVLVIS PALMARII AD MORSVM CANIS RABIDI.

℞ Folior: Rutæ,
Verbenæ,
Salviæ,
Plantaginis,
Polypodii,
Abſinthii vulgaris,
Menthæ,
Artemiſiæ,
Meliſſophylli,
Betonicæ,
Hyperici,
Centaurii minoris, ana p. æ.
Legantur ſingula, quo tempore viribus pollent maximis, quod ad Junii ferè plenilunium aſſequuntur. Papyraceis dein chartis concluſa ſiccentur ſeorſim in loco, ad quem, neque Sol, neque pluvia pertingat: Siccata ad futuros uſus aſſerventur, eâ lege, ut quotannis renoventur:

Quum utendi neceſſitas incidet, ſingulorum æquale pondus in pulverem tenuiſſimum redigito.

## PLERES ARCHONTICON, *NICOLAI.*

℞ Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Ligni Aloes,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Zingiberis,
Spodii,
Schœnanthi,
Cyperi,
Roſarum,
Violarum, ana drachmam unã.
Folii, ſeu Macis,
Glycyrrhizæ,
Maſtiches,
Styracis Calamitæ,
Majoranæ,
Balſamitæ ſeu Menthæ aquaticæ,
Ocimi,
Cardamomi,
Piperis longi,
albi,

Myrti-

Myrtilorum baccarum,
Corticum Citri, ana drachmam dimidiam & grana ſex.
Margaritarum,
*Been {Albi, Rubri,} {vel ſuccedan. pag. 58.}
Corallii rubri,
Serici toſti, ana grana octodecim.
Moſchi grana ſex.
Camphoræ grana quatuor.

Fiat Pulvis ſecundùm artem. Poterit etiam cum decuplo ſacchari ſoluti in aqua Meliſſæ formari in Electuarium.

### PVLVIS PRÆSERVATIVVS A PESTE, *MONTAG.*

℞ Santalorum omnium,
Semin: Ocimi, ana unciam unam ſemis.
Boli Armeni,
Cinnamomi, ana unciam unam.
Radic: Dictamni,
Gentianæ,
Tormentillæ, ana drachmas duas ſemis.
Semin: Citri,
Acetoſæ, ana drachmas duas.
Margaritarum,
Sapphyri,
Oſſis de Corde Cervi, ana drachmam unam.

Fiat Pulvis ſecundùm artem, diligenter reponatur.

### SPECIES ELECTVARII ROSATÆ NOVELLÆ, *NICOLAI.*

℞ Roſarum,
Sacchari,
Glycyrrhizæ, ana unciam unã, drachmam unam, ſcrupulos duos ſemis.
Cinnamomi drachmas duas, ſcrupulos duos, grana duo.
Caryophyllorum,
Nardi Indicæ,
Zingiberis,
Galangæ,
Nucis moſchatæ,
Zedoariæ,
Styracis,
Cardamomi,
Apii, ana ſcrupulum unum, grana octo.
Sacchari albiſſimi q. ſ.

Fiat Pulvis: inde Electuarium ſ. a.

### PVLVIS AD HÆMORRHAGIAM, *GALENI.*
*Meth. l. 5. c. 4.*

℞ Thuris drachmam unam.
Aloes drachmam dimidiam.

Fiat Pulvis. Cùm utendi tempus inſtat, tantum hujus cum ovi candido ſubigitur, quantum mellis reddat

reddat craſſitudinem; hoc Leporis molliſſimis pilis excipitur, deinde tum vaſi profluenti, tum ulceri toti liberaliter imponitur, adhibitâ ligaturâ convenienti.

## PVLVIS AD SCABIEM.

℞ Sulphuris vivi,
Nitri,
Folior: Majoranæ, ana drachmas duas.
Lithargyri auri,
Radic: Ellebori nigri, ana drachmam unam.
Pimpinellæ drachmam dimidiam.
Fiat Pulvis ſecundùm artem.

## PVLVIS RADVLPHI HOLLAND.

℞ Sem: Aniſi,
Carui,
Fœniculi,
Cymini,
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Galangæ, ana unciam dimidiam.
Glycyrrhizæ,
Milii Solis, ana unciam unam.
Sennæ ad pondus omnium.
Fiat Pulvis.

## PVLVIS SANCTVS, BRASAVOLÆ.

℞ Foliorum Sennæ,
Cremoris Tartari, ana uncias duas.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Galangæ,
Ammeos, ana drachmas duas.
Diagrydii unciam dimidiam.
Fiat Pulvis ſecundùm artem.

*In defectu ſeminum Ammeos legitimorum aut recentium quibus ſæpiſsime deſtituimur, ſubſtituenda quidem Aniſi ſemina convenimus cum Antidotario Bergomenſi.*

## PVLVIS SENNÆ.

℞ Sennæ optimæ uncias duas.
Cremoris Tartari unciam dimidiam.
Macis ſcrupulos duos ſemis.
Zingiberis.
Cinnamomi, ana drachmam unam ſemis.
Salis Indi drachmam unam.
Fiat Pulvis ſ. a.

## DIATVRBITH MAJVS SINE RHABARBARO.

R Turpeti optimi unciam unam.
Diagrydii,
Zingiberis, ana unciâ dimidiâ.
Cinnamomi,

Caryo-

Caryophyllorum, ana drachmas duas.
Galangæ,
Piperis longi,
Macis, ana drachmam unam.

Fiat Pulvis: Et cum Sacchari albiſſimi unciis octo & drachmis quinque in aq: Cichorii ſolutis, fieri poteſt Electuarium ſ. a.

## DIATVRBITH CVM RHABARBARO, *MONTAGNANÆ.*

℞ Turpeti optimi,
Hermodactylorum, ana unciã unam.
Rhabarbari drachmas decem.
Diagrydii unciam dimidiam.
Santali rubri,
albi,
Violarum,
Zingiberis, ana drachmam unã ſemis.
Maſtiches,
Aniſi,
Cinnamomi,
Croci, ana drachmã dimidiam.

Fiat Pulvis: Et cum Sacchari albiſſimi libra una, unciis duabus, & drachmis duabus in aq: Cichorii ſolutis, fieri poteſt Electuarium ſecundum artem.

## PVLVIS AD LVMBRICOS.

℞ Sem: Sanctonici uncias quatuor.
Folior: Sennæ unciam unam.
Coriandri præparati,
Cornu Cervi, ana drachmam dimidiam.
Rhabarbari unciam dimidiam.
Rutæ ſiccæ drachmas duas.

Fiat Pulvis.

ELECTV-

# ELECTVARIA.

## ANTIDOTVS ANALEPTICA SIVE ELECTVARIVM RESVMPTIVVM, *FERNELII.*

℞ Roſarum rubrarum,
Glycyrrhizæ, ana drachmas duas & grana quinque.
Gum: Arabici,
Tragacanthi, ana drachmas duas & ſcrupulos duos.
Santali albi,
rubri, ana ſcrupul: quatuor.
Succi Glycyrrhizæ,
Amyli,
Semin: Papaveris albi,
Portulacæ,
Lactucæ,
Scariolæ, ana drachmas tres.
Quatuor Semin: frigidorum majorum.
Sem: Cydoniorum,
Malvæ,
Bombacis,
Violarum,
Strobilorum,
Piſtaciorum recentium,
Amygdalarum dulcium,
Pulpæ Sebeſten, ana drachmas duas.
Caryophyllorum,
Spodii,
Cinnamomi, ana drachmam unam.
Croci grana quinque.
Penidiorum unciam dimidiam.
Trita omnia excipiantur triplo Syrupi violati, & fiat Electuarium molle.

## CONFECTIO ALKERMES, *MES.*

℞ Succi Pomorum fragrantium.
Aquæ Roſarum odoratiſſimæ, ana libram unam ſemis.

Quibus

Quibus infunde per horas viginti quatuor,
*S*erici crudi uncias quatuor.
Expreſſioni forti adde,
Succi granorum Kermes ad nos advecti, puri libram unam.
Sacchari libras duas.
Coque ad mellis conſiſtentiam, Mixturæ ab igne ſepoſitæ, adhuc autem calenti, adde
Ambræ griſeæ crudæ minutim conciſæ unciam dimidiam.
Quibus optimè liquatis, ſuperinjicito ſequentia pulveriſata.
Cinnamomi electi,
Ligni Aloes optimi,
Lapidis Lazuli uſti in Crucibulo,
(dein pulveriſati, & loti primum in aqua communi, dein in aqua Roſacea aut Borraginis, idque multoties, ita ut poſt lotionem exiccetur, denuóque lavetur; & eouſque hæc reiteretur operatio, donec aqua limpida poſt lotioné remaneat) ana drachmas ſex.
Margaritarum pellucidarũ præparatarum drachmas tres.
Folior: Auri,
Moſchi optimi, ana drachmam unam.
Conſice ſecundùm artem.

ELECTVARIVM DE BACCIS LAVRI, *RHASIS.*

℞ Folior: Rutæ aridorum drachmas decem.
*S*em: Ammeos,
Cymini,
Liguſtici,
Origani,
Nigellæ,
Carui,
Dauci,
Petroſelini,
Amygdalarum amararum,
Piperis nigri,
longi,
Menthaſtri,
Acori, vel Calami aromatici.
Baccarum Lauri,
Caſtorei, ana drachmas duas.
*S*agapeni unciam dimidiam.
Opopanacis drachmas tres.
Mellis deſpumati, libram unam ſemis.
Tritis diligenter quæ terenda, fiat Electuarium ſecundùm arté, ſub finé additis vino dilutis lachrymis.

ATHANASIA MITHRIDATIS, è *GALENO.*

℞ Cinnamomi,
Caſiæ,
Schœnanthûs, ana ſeſquiunciá.
Croci,
Myrrhæ, ana unciam.
Coſti,
Mei,
Acori,
Agarici,
Scordii,
Dauci,

Petroſelini, ana ſemunciam.
Piperis albi grana undecim.
Mellis q. ſ.
Compone, ut artis eſt.

## DIACAPPARIS, *GILBERTI ANGLI.*

℞ Capparis uncias quatuor.
Radic: Agrimoniæ,
Semin: Gith, i. Nigellæ Rom:
Scillæ,
Aſari,
Centaureæ,
Pyrethri,
Piperis nigri,
Apii,
Thymi, ana unciam unam.
Mellis q. ſ.
Fiat Electuarium ſecundùm artem.

## DIACINNAMOMV. *MES.*

℞ Cinnamomi tenu: drachmas quindecim.
Caſiæ Ligneæ,
Radic: Helenii, ana ſemunciam.
Galangæ drachmas ſeptem.
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Cardamomi utriuſq;
Zingiberis,
Macis,
Nucis Moſchatæ,
Xyloaloes, ana drachmas tres.
Croci drachmam.
Sacchari tabarzet, i.e. criſtallini albiſſ. drachmas quinque.
Moſchi ſcrupulos duos.
Excepta mellis deſpumati libris duabus, unciis octo, Coque;
Fiat Electuarium ſecundùm artem.

## DIACORALLION USVAL: *COLON:*

℞ Corallii albi,
rubri,
Boli Armeni veri,
Sanguinis Draconis, ana drachmam.
Margaritarum ſemidrachmam.
Xyloaloes,
Roſarum rubrarum,
Gum: Tragacanthi,
Cinnamomi, ana ſcrup: duos.
Santali albi,
rubri, ana ſcrupulum.
Miſce, fit Pulvis, è pulvere Electuarium ſ. a. cum
Sacchari albiſſimi, & Aq:
Cinnamomi ten: ana q. ſ.

## DIACORVM, *MES.*

℞ Radic: Secacul, ſeu Siſeris,
Acori, ſeu Calami aromatici,
Pinearum, ana ſeſquilibram.
Radicibus Secacul mundatis, inciſis, coctis, piſtatis, tritis dum pulti ſimiles, affunde
Mellis deſpumati libras decem.
Coquan-

Coquantur agitando, ad juſtam ſpiſſitudinem, tum adde tritas radices Acori, inciſas Pineas, mixtas ſequenti pulveri;

R Piperis nigri unciam,
longi,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Macis, ana ſemunciã.
Nucis moſchatæ,
Galangæ,
Cardamomi, ana drachmas tres.

Miſce cum radicibus, & Melle q. ſ. agitando ne grumi relinquantur. Fiat Electuarium ſ. a.

### ELECTVARIVM è SCORIA FERRI, *RHASIS.*

R Scoriæ ferri aceto infuſæ per dies ſeptem, poſteà torrefactæ, drachmas tres.
Spicæ Indicæ,
Schœnanthûs,
Cyperi,
Zingiberis,
Piperis,
Ammeos,
Thuris, ana ſemunciam.
Myrobalanorum { Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Mellis decocti cum apozemate Emblicarum uncias ſedecim.

Miſce: fiat Electuarium.

### DYACYDONIVM SIMPLEX.

℞ Carnis Cydoniorum mundatorum, & in fruſta diſſectorum, & in aqua dulci ad ſpiſſitudinem coctorum libras octo.
Sacchari albiſſimi deſpumati, & ad juſtam conſiſtentiam concocti libras ſex.
Coque ad ſpiſſitudinem.

### DYACIDONIVM GALENI CVM SPECIEBVS.

℞ Succi Pomorum Cydoniorum,
Sacchari optimi, ana libras duas.
Aceti vini albi libram ſemis in fine decoctionis.
Coctis ſupra prunas modicè & ſpumâ detractâ, adde
Zingiberis uncias duas,
Piperis albi drachmas decem & ſcrupulos duos
craſſiuſculè inciſorum, deinde rurſus lento igne recoque ad mellis craſſitudinem.

### DIACYDONIVM LONDINENSE COMPOS.

℞ Sacchari albi libras ſex.
Aquæ fontanæ libras quatuor.
Clarificentur cum albumine ovi, & diligenter deſpumentur: Dein

℞ Cydoniorum maturorum à corticibus exterioribus & ſeminibus expurgatorum, & in quatuor partes inciſorum libras octo.

Coquantur in ſyrupo prædicto dum carnes teneræ ſint, deinde per pannum laneum (ſive boulterum vulgò vocatum) coletur ſuccus ſive ſyrupus. Iterum coquantur ad gelatinæ conſiſtentiam cum aceti vini albi unciis quatuor in fine additis, ſyrupo ab igne remoto, dum adhuc caleſcit, inſperge has ſpecies ſequentes, craſſo modo inciſas, ſcilicet

Zingiberis unciam unam.
Piperis albi,
Cinnamomi,
Nucis moſchatæ, ana drachmas duas.

In pyxidibus diverſis reſervetur.

Eodem modo paretur Diacydonium ſimplex.

## CONFECTIO DE HYACINTHO.

℞ Hyacinthorum,
Corallii rubri,
Boli Armeni,
Terræ ſigillatæ, ana unciam dimidiam.
Granorum Kermes.
Radic: Tormentillæ,
Dictamni,
Sem: Citri mundat:
Acetoſæ,
Portulacæ,
Croci,
Myrrhæ,
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium,
Oſſis è Corde Cervi & Cornu,
Raſuræ Eboris præparatæ, ana ſcrupulos quatuor.
Sapphyrorum
Smaragdi,
Lapidis Topaſii
Margaritarum,
Serici crudi,
Folior: Auri,
Argenti, ana ſcrupulos duos.
Camphoræ,
Moſchi,
Ambræ griſeæ ana grana quinque.

Cum ſyrupo de Limonibus fiat Confectio ſecundùm artem.

## CONFECTIO HUMAINES.

℞ Euphragiæ uncias duas.
Sem: Fœniculi drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cubebarum,
Piperis longi,
Macis, ana drachmam unam.

Pulverizatis, cribellatis, adde

Mellis deſpumati libram unam

quâ

quâ ſimul coque, & depura
Succ: Fœniculi unciam unam.
Chelidoniæ,
Rutæ, ana ſemunciam.
Cum his confectæ Species in vaſe vitreato reſerventur.

ANTIDOTVM HÆMAGOGVM, *ROM.*

℞ Lupinorum drachmas duas.
Piperis nigri ſcrupulos quinque & grana ſex.
Glycyrrhizæ ſcrupulos quatuor.
Ariſtolochiæ longæ,
Arthemiſiæ,
Caſſiæ ligneæ,
Sem: Petroſelini Macedonici,
Pyrethri,
Sem: Rutæ,
Spicæ,
Myrrhæ,
Pulegii ana ſcrupulos duos & grana quatuordecim,
Sem: Apii,
Sabinæ ana ſcrupulos duos & grana tredecim,
Centaurii majoris,
Dauci Cretici,
Nigellæ,
Carui,
Aniſi,
Caryophyllorum,
Aluminis ana ſcrupulos duos.
Fol: Lauri ſcrupulum unum ſemis & grana tria.
Xyloaloes ſcrupulum unum & grana quatuordecim.
Shœnanthi ſcrupulum unum & grana tredecim,
Aſari,
Acori, id eſt, Calami Aromatici vulgaris,
Amomi,
Pæoniæ,
Centaurei minoris,
Sem: Atriplicis,
Marathri ſive Fœniculi, ana ſcrupulum unum & grana ſex.
Cyperi,
Helenii,
Zingiberis,
Rad: Capparum,
Cumini,
Orobi ana ſcrupulum unum.
Trita omnia in tenuiſſ: Pulverem excipiantur mellis quadruplo, & conficiatur Electuarium ex arte.

DIAIREOS SALOMONIS, *NICOLAI.*

℞ Radic: Iridis unciam unam.
Pulegii,
Hyſſopi,
Glycyrrhizæ, ana drachmas ſex.
Tragacanthæ,
Amyli,
Amygdalarum amararum,
Pinearum Nucum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Piperis, ana drachmas tres.
Caricarum pinguium.

Pulpæ Paſſularum.
Carnis Dactylorum, ana drachmas tres ſemis.
Styracis Calamitæ drachmas duas ſemis.
Sacchari diſſoluti in aqua Hyſſopi, Mellis deſpumati, ana duplum ad omnia, fiat Electuarium ſ. a.

## DIASATYRION, *NICOLAI.*

℞ Radic: Cynoſorchios ſeu Satyrii recentis ac ſolidæ.
Paſtinacæ ſativæ,
Eryngii,
Pinearum,
Nucis Indicæ, vel ſi deſit Nux Indica Pinearum duplum.
Piſtaciorum, ana unciam unam ſemis.
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Sem: Aniſi,
Erucæ,
Linguæ avis, quæ eſt ſemen Fraxini, ana drachmas quinque.
Cinnamomi,
Caudarum & Lumborũ Scincorum,
Sem: Bulbi,
Urticæ, ana drachmas duas ſemis,
Moſchi grana ſeptem.
Sacchari optimi diſſoluti in vino Malvatico libras tres: fiat Electuarium ſ. a.

## DIASATYRION MAGIS GRATUM. *COLON.*

℞ Radic: Satyrii uncias tres.
Carnium Dactylorum,
Amygdalarum dulcium,
Nucis Indicæ,
Pinearum,
Piſtaciorum,
Zingiberis conditi,
Eringii conditi, ana unciam unam.
Zingiberis,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Piperis longi,
nigri, ana drachmas tres.
Ambræ griſeæ ſcrupulũ unum.
Moſchi ſcrupulos duos.
Penidiorum uncias quatuor.
Cinnamomi,
Croci, ana unciam dimidiam.
Vini Malvatici uncias tres.
Nucis moſchatæ,
Macis,
Granorum Paradiſi, ana drachmas duas.
Linguæ avis, i. Sem: Fraxini,
Ventris & lumborũ Scincorũ,
Boracis factitii,
Aſæ dulcis, i. e. Benzoini, ana drachmas tres.
Ligni Aloes,
Cardamomi, ana drachmas duas.
* Been albi, vide pag. 58.
rubri,

rubri, ana drachmam unã ſemis.

Singula ſimplicia comminuendo ac miſcendo, tandem excipe libris duabus & ſemis ſyrupi Zingiberis condîti.

Fiat Electuariũ ſecundùm artem.

## ELECTVARIVM DIASPERMATON, *FERNELII.*

℞ Quatuor ſemin: Frigidorum, majorum, & minorum.

Sem: Aſparagi,
Pimpinellæ,
Ocimi,
Petroſelini,
Granorũ Halicacabi, ana drachmas duas.
Milii Solis,
Succi Glycyrrhizæ, ana drachmas tres.
Cinnamomi,
Macis, ana drachmam unam.

Sacchari albi aquâ Althææ ſoluti octuplum: fiat Electuarium ſecundùm artem.

## MICLETA, *NICOLAI.*

℞ Myrobalanorum omnium, ana drachmas duas ſemis.
Sem: Naſturtii,
Cymini,
Aniſi,
Fœniculi,
Ammeos,
Carui, ana drachmam unam ſemis.

Omnia cruda terantur, & aſpergantur aceto vini acerrimo, deinde pulveriſentur, mox addantur ſequentia:

Spodii ſive Eboris uſti,
Balauſtiorum,
Sumach,
Maſtiches,
Gum: Arabici, ana drachma unâ, & grana quindecim.

Omnia miſceantur cum Syrupi Myrtini, ad ſpiſſitudinem mellis cocti, triplo, id eſt, unciis decem plùs minus, fiat Electuarium ſecundùm artem.

## ELECTVARIVM PECTORALE AD OCCON *AVG.*

℞ Succi Glycyrrhizæ,
Amygdalarum dulcium,
Avellanarum, ana ſemunciam.
Pinearum unciam unam.
Hyſſopi,
Capillorum Veneris,
Ireos,
Sem: Urticæ,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana ſeſquidrachmam.
Piperis nigri,
Sem: Naſturtii,
Rad: Enulæ, ana ſemidrachmã.
Mellis uncias quatuordecim.

Fiat Electuarium ſ. a.

THERIA-

## THERIACA DIATESSARON, MES.

℞ Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana uncias duas.
Mellis libras duas.
Miſce: fiat Electuarium ſecundùm artem.

## ANTIDOTVS MAGNA MATTHIOLI ADVERSVS VENENA & PESTEM.

℞ Rhabarbari,
Rha Pontici veri,
Radic: Phu,
Acori, vel Calami aromatici vulgaris.
Cyperi,
Quinquefolii,
Tormentillæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Pœoniæ maris,
Enulæ Campanæ,
Coſti,
Iridis Illyricæ,
Chamæleontis albi, vel Caryophyllatæ, ana drachmas tres.
Galangæ,
Imperatoriæ,
Dictamni albi,
Angelicæ,
Millefolii,
Filipendulæ,
Zedoariæ,
Zingiberis, ana drachmas duas.
Agarici drachmas tres.
Libanotidis,
Gentianæ,
Morſus Diaboli, ana drachmas duas ſemis.
Sem: Citrei mali,
Viticis,
Granorum Kermes,
Semin: Fraxini,
Acetoſæ,
Paſtinacæ ſylveſtris,
Napi,
Nigellæ,
Pœoniæ maris,
Ocimi,
Irionis, ſive Eryſimi,
Thlaſpeos,
Fœniculi,
Ammeos, ana drachmas duas.
Baccarum Lauri,
Juniperi,
Hederæ,
Smilacis aſperæ, vel illius defectu duplum cubebarum.
Cubebarum, ana drachmam unam ſemis.
Folior: Scordii,
Chamædryos,
Chamæpityos,
Centaurii minoris,
Stœchados,
Spicæ Celticæ,

Cala-

Calaminthæ,
Rutæ,
Menthæ,
Betonicæ,
Verbenæ,
Scabioſæ,
Cardui benedicti,
Meliſſophylli, ana drachmam unam ſemis.
Dictamni Cretici drachmas tres.
Majoranæ,
Hyperici,
Schœnanthi,
Marrhubii,
Galegæ,
Sabinæ,
Pimpinellæ, ana drachmas duas.
Caricarum pinguium,
Juglandium,
Piſtaciorum, ana uncias tres.
Myrobalanorum Emblicarum unciam dimidiam.
Flor: Violarum,
Borraginis,
Bugloſſi,
Roſarum,
Lavendulæ,
Salviæ,
Roriſmarini, ana ſcrupulos quatuor.
Croci drachmas tres.
Caſiæ ligneæ drachmas decem.
Caryophyllorum,
Nucis moſchatæ,
Macis, ana drachmas duas ſemis.
Piperis nigri,
longi,
Santalorum omnium,
Ligni Aloes, ana drachmam unam ſemis.
Raſuræ Cornu Cervi unciam dimidiam.
Unicornu, vel ejus loco,
Lapidis Bezoartici drachmam unam.
Oſſis è Corde Cervi,
Raſuræ Eboris,
Virgæ Cervinæ,
Caſtorii, ana ſcrupulos quatuor.
Terræ Lemniæ drachmas tres.
Opii drachmam unam ſemis.
Perlarum orientalium,
Fragmentorum Smaragdi,
Hyacinthi,
Corallii rubri, ana drachmā unam ſemis.
Camphoræ drachmas duas.
Gum: Arabici,
Maſtiches,
Thuris,
Styracis,
Terebinthinæ,
Sagapeni,
Opopanacis,
Laſerpitii, ſive Myrrhæ, ana drachmas duas ſemis.
Moſchi odorati,
Ambræ griſeæ, ana drachmam unam.
Olei Vitrioli unciam dimidiam.
Specierum Cordialium Temperatarum,

tarum,
Diamargaritôn,
Diamoſchi,
Diambræ,
Electuarii de Gemmis,
Trochiſcorum de Camphora,
de Scilla, ana drachmas duas ſemis.
Trochiſcor: de Vipera uncias duas.
Succorũ Acetoſæ,
Sonchi,
Scordii,
Ecchii,
Borraginis,
Meliſſophylli, ana libram dimidiam.
Hypociſtidis drachmas duas.
Theriacæ electæ,
Mithridatii optimi, ana uncias ſex.
Vini antiqui odorati libras tres.
Sacchari optimi, vel
Mellis electiſſimi libras octo & uncias ſex.

Ex his omnibus ſummâ diligentiâ, & arte conquiſitis, mundatis, & electis, fiat Electuarium eodem modo, quo componitur Theriaca aut Mithridatium.

### DIASCORDIVM, *FRACASTORII.*

℞ Cinnamomi,
Caſiæ ligneæ, ana unciam dimidiam.
Scordii veri unciam unam.
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Biſtortæ,
Galbani,
Gum: Arabici, ana unciam dimidiam.
Opii drachmam unam ſemis.
Styracis Calamitæ drachmas quatuor ſemis.
Semin: Acetoſæ drachmam unã ſemis.
Gentianæ unciam dimidiam.
Boli Armeni unciam unam ſemis.
Terræ Sigillatæ Lemniæ unciã dimidiam.
Piperis longi,
Zingiberis, ana drachmas duas.
Mellis albi deſpumati libras duas ſemis.
Conſervæ Roſarum libram unam.
Vini Canarini Aromatici libram dimidiam.
Fiat Electuarium ſ. a:

### MITHRIDATIVM, *DAMOCRATIS.*

℞ Myrrhæ Arabicæ.
Croci,
Agarici,
Zingiberis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Thuris,
Sem: Thlaſpeos, ana drach: decem.
Seſeleos,
Opobalſami, ſeu ol: Nuc: moſc:

per

per expreſſ:
Iunci odorati,
Stœchados,
Coſti veri,
Galbani,
Terebinthinæ,
Piperis longi,
Caſtorei Pontici,
Succi Hypociſtidos,
Styracis optimæ,
Opopanacis.
Folior: Malabathri recentium, vel in ejus defectu, Macis, ana unciam unam.
Caſiæ Ligneæ veræ,
Polii,
Piperis albi,
Scordii.
Sem: Dauci Cretici,
Carpobalſami, vel Cubebarum.
Trochiſc: Cypheos,
Bdellii, ana drachmas ſeptem.
Nardi Celticæ purgatæ,
Gummi Arabici,
Sem: Petroſelini Macedonici,
Opii,
Cardamomi minoris,
Sem: Fœniculi,
Gentianæ,
Folior: Roſarum rubrarum,
Dictamni Cretenſis, ana drachmas quinque.
Sem: Aniſi,
Aſari,
Acori, ſeu Calami Aromatici,
Ireos,
Phu majoris,
Sagapeni, ana drachmas tres.
Mei Athamantici,
Acaciæ,
Ventrium Scincorum,
Summit: Hyperici, ana drachmas duas ſemis.
Vini quantum ſufficit ad ſolutionem gummi & ſuccorum, Mellis deindè triplum ad omnia, præter vinum.

## PHILONIVM PERSICVM, *MES.*

℞ Piperis albi,
Hyoſcyami albi, ana drachmas viginti.
Opii,
Terræ Lemniæ, ana drachmas decem,
Lapid: Hæmatitæ præp:
Croci, ana drachmas quinque.
Caſtorei,
Spicæ Indicæ,
Euphorbii,
Pyrethri,
Margaritarum,
Succini,
Zedoariæ,
Doronici,
Trochiſcor: Ramich, ana drachmam unam.
Camphoræ ſcrupulum unum.
Mellis roſati optimi triplum. Miſce: fiat Electuarium ſecundùm artem.

PHI-

PHILONIVM ROMANVM, *NICOLAI.*

℞ Piperis albi,
Sem: Hyoſcyami albi, ana drachmas quinque.
Opii drachmas duas ſemis.
Caſiæ ligneæ drachmam unam ſemis.
Semin: Apii drachmam unam.
Petroſelini Macedonici veri,
Fœniculi,
Dauci Cretici, ana ſcrupul. duos, grana quinque.
Croci ſcrupulum unum ſemis.
Spicæ Indicæ,
Pyrethri,
Zedoariæ, ana grana quindecim.
Cinnamomi drachmam unam ſemis.
Euphorbii,
Myrrhæ,
Caſtorei, ana drachmam unam.
Mellis deſpumati pódus triplum.
Miſce: fiat Electuarium ſ. a.

ELECTVARIVM DE OVO, *MAXIMILIANI IMPER.*

℞ Ovum gallinæ recens, & extracto albumine, parvo foramine facto, impleatur vacuum Croco optimo non pulveriſato, relicto intùs vitello. Poſteà cum alio putamine rurſum obturetur, & lento igne, vel ad fornacem, tamdiù aſſetur, donec tota teſta ovi incipiat nigreſcere, diligenter attendendo, ne Crocus comburatur (alioqui corrumpit totum medicamentum) Exempta materia exiccetur, ut minutiſſimè poſſit contundi, & in pulverem redigi, addatur pulveris Sinapeos albi quantum prædicta omnia ponderant. Deinde
℞ Pulver: Radic: Dictamni albi, ſive Fraxinellæ,
Tormentillæ, ana drachmas duas.
Myrrhæ,
Cornu Cervini,
Radic: Petaſitæ, ana drachmam unam.
Radic: Angelicæ,
Pimpinellæ.
Granor: Juniperi,
Zedoariæ,
Camphoræ, anā unciam dimidiam.
Miſceantur univerſa ſimul in mortario, & adjiciatur denique Theriaca optima ad pondus omnium: & iterum piſtillo benè miſceantur per tres fermè horas ſemper agitā-do, & affundendo Syrupi limonū, q. ſ. donec fiat Electuarium ſ. a.

REQVIES

## REQVIES, NICOLAI.

℞ Roſarum rubrarum ab unguibus purgatarum,
Flor: Violarum purpurearum ana drachmas tres.
Opii Thebaici vino ſoluti,
Sem: Hyoſcyami albi,
Papaveris albi,
nigri,
Cort: Radic: Mandragoræ,
Sem: Scariolæ, ſive Intybi,
Portulacæ,
Lactucæ ſativæ,
Pſyllii,
Spodii vel Antiſpodii ex Ebore uſto,
Gum: Tragacanthi, ana ſcrupulos duos, & grana quinque.
Nucis moſchatæ,
Cinnamomi,
Zingiberis, ana drachmam unam ſemis.
Santali citrini,
albi,
rubri ana drachmam unam ſemis.
Sacchari in aqua roſacea diſſoluti triplum, miſce, fiat Electuarium ſecundùm artem.

## THERIACA ANDROMACHI.

℞ Trochiſcorum Scilliticorum drachmas quadraginta octo.
Trochiſcorum è Viperis,
Piperis longi,
Opii Thebaici,
Magmatis Hedychroi ſicci, ana drachmas viginti quatuor.
Roſarum ſiccarum, reſectis unguibus,
Iridis Illyricæ odoræ,
Succi Glycyrrhizæ,
Sem: Napi dulcis,
Comarum Scordii,
Opobalſami,
Cinnamomi,
Agarici, ana drachmas duodecim.
Myrrhæ,
Coſti odorati ſeu Zedoariæ,
Croci,
Caſiæ ligneæ veræ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthi,
Piperis albi,
nigri,
Thuris maſculi,
Dictamni Cretici,
Rhei,
Stœchados,
Marrhubii,
Sem: Petroſelini Macedonici,
Calaminthes ſiccæ,
Terebinthinæ,
Radic: Pentaphylli,
Zingiberis, ana drachmas ſex.
Comarum Polii Cretici,
Chamæpityos,
Nardi Celticæ,
Amomi,

Styracis Calamitæ,
Rad: Mei,
Com: Chamædryos,
Rad: Phu Pontici,
Terræ Lemniæ,
Folior: Malabathri,
Chalcitidis aſſæ, vel ejus loco Chalcanthi Romani uſti.
Radic: Gentianæ,
Gum: Arabici,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, vel Nucis moſchatæ, vel Cubebarum,
Sem: Aniſi frict:
Cardamomi,
Sem: Fœniculi,
Seſeleos,
Acaciæ, vel ejus loco, ſucci inſpiſſati Prunellorum acerborum.
Sem: Thlaſpeos,
Summitatum Hyperici,
Sem: Ammeos,
Sagapeni, ana drachmas quatuor.
Caſtorei,
Radic: Ariſtolochiæ longæ,
Bituminis Judaici,
Sem: Dauci,
Opopanacis,
Centaurii minoris,
Galbani pinguis, ana drachmas duas.
Vini antiqui Canarini q. ſ. quo diſſolvantur ſimplicia humida & liquabilia.
Mellis optimi triplum ad pondus ſpecierum aridarum, miſce ſecundùm artem.

## THERIACA LONDINENSIS.

℞ Cornu Cervini limâ deraſi uncias duas.
Sem: Citri,
Oxalidis,
Pœoniæ,
Ocimi, ana unciam unam.
Scordii,
Corallinæ, ana drachmas ſex.
Radic: Angelicæ,
Tormentillæ,
Pœoniæ,
Folior: Dictamni,
Baccar: Juniperi,
Lauri, ana unciam dimidiam.
Florum Calendulæ,
Caryophyllorum, ſeu Vetonicæ rubræ,
Anthos,
Summitat: Hyperici,
Nucis moſchatæ,
Croci, ana drachmas tres.
Radic: Gentianæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Macis,
Myrrhæ,
Folior: Scabioſæ,
Succiſæ,
Cardui benedicti, ana drachmas duas.
Caryophyllorum,

Opii,

Opii, ana drachmam unam.
Vini Canarini quantum ſatis.
Mellis triplum. Miſce ſecundùm artem.

BENEDICTA LAXATIVA, *NICOLAI.*

℞ Turpeti electi drachmas decem.
Diagrydii,
Cort: Radic: Eſulæ præparatæ,
Hermodactylorum,
Roſarum rubrarum, ana drachmas quinque.
Caryophyllorum,
Spicæ Nardi,
Zingiberis,
Croci,
Saxifragiæ veræ,
Piperis longi,
Amomi, vel ejus defectu Calami aromatici,
Cardamomi minoris,
Semin: Apii.
Petroſelini,
Carui,
Fœniculi,
Aſparagi,
Ruſci,
Milii Solis,
Salis gemmei,
Galangæ,
Macis ana drachmam unam.
Mellis deſpumati triplum, fiat Electuarium ſecundùm arte. Poſſunt etiam ſpecies per ſe in officinis commodè reſervari.

CARYOCOSTINVM, *Bayr: è Gal.*

℞ Caryophyllorum,
Coſti candidi, ſeu Zedoariæ,
Zingiberis,
Cymini, ana drachmas duas.
Hermodactylorum,
Diagrydii ana unciam dimidiam.
Mellis deſpumati in vino albo duplum. Miſce, fiat Electuarium ſecundùm artem.

CASSIA EXTRACTA PRO CLYSTERIBVS, *AVG.*

℞ Foliorum Violariæ,
Malvæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ,
Flor: Violarum, ana manipul. unum.
Fiat decoctio in ſufficienti quantitate aquæ, cujus beneficio Caſſia extrahatur, & Cannæ ejus interiùs laventur, deinde,
℞ Caſſiæ cum hac decoctione extractæ, & ad conſiſtentiam coctæ, libram unam.
Sacchari libram unam ſemis.
Coquantur ad perfectionem ſecundùm artem.

## ELECTVARIVM AMARVM MAGISTRALE MAJUS.

℞ Agarici albiſſimi,
Turpeti electi,
Specier: Hieræ ſimp: Galen:
Rhabarbari optimi, ana drachmam unam.
Aloes electæ, illotæ, drachmas duas.
Zingiberis,
Cremoris Tartari, ana ſcrupulos duos.
Iridis Florentinæ,
Farinæ Semin: Fœniculi dulcis ana ſcrupulum.
Syrupi Roſarum ſolutivi q. ſ.
Fiat Electuarium amarum.

## ELECTVARIVM AMARVM MINVS.

℞ Epithymi ſemunciam.
Radic: Angelicæ drachmas tres.
Gentianæ,
Zedoariæ,
Acori, ana drachmas duas.
Cinnamomi ſeſquidrachmam.
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis moſchatæ,
Croci, ana drachmam unam.
Aloes uncias ſex.
Cum Syrupo Fumariæ,
Scabioſæ,
Saccharo, ana q. ſ.
Fiat Electuarium molle, ſ. a.

## DIACASSIA CVM MANNA.

℞ Prunorum Damaſcenorum uncias duas.
Florum Violarum manipul. unum ſemis.
Aquæ fontanæ libram unam ſemis.
Bulliant ſecundùm artem ad medietatis conſumptionem. In colatura diſſolve,
Pulpæ Caſſiæ uncias ſex.
Sacchari violati,
Syrupi violati, ana uncias quatuor.
Pulpæ Tamarindorum unciam unam.
Sacchari candi unciam unam ſemis.
Mannæ optimæ uncias duas.
Commiſceantur, & fiat Electuarium ſecundùm artem.

## CASSIA EXTRACTA SINE FOLIIS SENNÆ.

℞ Prunorum numero duodecim.
Florum Violarum manipul. unum.
Hordei mundati,
Sem: Aniſi,
Carthami,
Polypodii quercini, ana drachmas quinque.

Capil-

Capillorum Veneris.
Thymi,
Epithymi ana manipul: ſemis.
Paſſularum mundatarum ab acinis unciam dimidiam.
Sem: Fœniculi drachmas duas.
Portulacæ,
Malvæ, ana drachmas tres.
Glycyrrhizæ unciam dimidiam.
Fiat horum decoctio in ſufficienti quantitate aquæ, colentur, & in colatura diſſolve
Pulpæ Caſſiæ libras duas,
Tamarindorum vnciam unam.
Cinnamomi drachmas tres.
Sacchari optimi libram unam.
Coquantur ad perfectionem ſ. a.

## CASSIA EXTRACTA CVM FOLIIS SENNÆ.

℞ Electuarii Caſſiæ extractæ ſine foliis Sennæ libras duas.
Pulveris folior: *Sennæ* uncias duas.
Miſce ſecundùm artem.

## DIACARTHAMVM SEV DIACNICVM *ARNOLDI DE VILLA NOVA.*

℞ Specierum Diatragacanthi frigidi unciam dimidiam.
Pulpæ Cydoniorum conditorum unciam unam.
Pulpæ Semin: Carthami unciam dimidiam.
Zingiberis albi drachmas duas.
Diagrydii per ſe triti drachmas tres.
Turpeti albi drachmas ſex.
Mannæ granatæ uncias duas.
Mellis Roſati colati ſolutivi,
Sacchari candi, ana unciam unam.
Hermodactylorum unciam dimidiam.
Sacchari albiſſimi uncias decem ſemis.
Fiat Electuarium liquidum ſecundùm artem.

## DIAPHOENICON, *MES. juxtà FERN.*

℞ Pulpæ Palmularum mundatarum ex hydromelite coctæ & cribro cretæ,
Penidiorum recentium, ana libram dimidiam.
Amygdalarum dulcium expurgatorum uncias tres ſemis.
Contuſis & permiſtis omnibus adde,
Mellis deſpumati libras duas.
Paulùm coquantur, ac deinde inſperge,
Zingiberis,
Piperis,
Macis,
Cinnamomi,
Fol: Rutæ ſiccorum,
Sem: Fœniculi,
Dauci, ana drachmas duas.
Turpeti tenuiſſimè triti uncias quatuor.

Diagrydii unciam unam ſemis.
Fiat Electuarium ſ. a.

## DIAPRUNUM SIMPLEX, RECTIUS LENITIVUM, *NICOL.*

℞ Pruna Damaſcena recentia & matura numero centum.
Coquantur in ſ. q. aquæ donec tabeſcant. Pulpa per cribrum trajiciatur & reſervetur. In percolato jure incoque clementiùs
Florum Violarum unciam unã, & in colatura diſſolve,
Sacchari libras duas, &
Coque in Syrupum; deinde adde Pulpæ prædictæ & per ſe inſpiſſatæ, libram unam.
Medullæ Caſſiæ,
Tamarindorum, ana unciam unam.
Tum permiſce pulveres ſequentes,
Santali Albi,
Rubri,
Spodii,
Rhabarbari, ana drachmas tres.
Roſarum,
Violarum,
Sem: Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis,
Tragacanthæ,
Glycyrrhizæ,
Cinnamomi, ana drachmas duas.
Semin: quatuor frigidorum majorum, ana drachmam unam.
Fiat Electuarium ſecundùm artem.

## DIAPRUNUM SOLUTIVUM, *NICOLAI.*

℞ Diapruni Lenitivi adhuc recentis & calidi libras quatuor.
Scammonii præparati uncias duas & drachmas quinque.
Miſce, fiat Electuarium ſecundùm artem.
Cum in hoc medicamento Scammonii doſis ſit aucta ſecundùm authorem, minori pondere exhiberi poterit.

## DIACATHOLICON, *NICOLAI.*

℞ Pulpæ Caſſiæ,
Tamarindorum,
Folior: Sennæ, ana uncias duas.
Polypodii,
Violarum,
Rhabarbari,
Sem: Aniſi,
Penidiorum,
Sacchari candi, ana unciam unam.
Glycyrrhizæ raſæ,
Sem: Cucurbitæ,
Citruli,
Cucumeris,
Melonum, ana drachmas duas.
Conterenda conterantur, & ſume

Poly-

Polypodii recentis uncias tres.
Sem: Fœniculi drachmas ſex.
Fiat decoctio in libris quatuor aquæ pluvialis vel communis ad tertiæ partis conſumptionem, colentur & colaturæ adde
Sacchari optimi libras duas.
Coquantur iterùm cum pulpis Caſſiæ & Tamarindorum, & in fine additis reliquis pulverizatis, fiat Electuarium ſ. a.

## DIACROCVMA SIVE SPECIES ELECTVARII DE CROCO. *MES.*

℞ Croci,
Radic: Aſari,
Sem: Petroſelini,
Dauci,
Aniſi,
Apii, ana unciā dimidiā.
Rhabarbari,
Radic: Mei,
Spicæ Indicæ, ana drachmas ſex.
Caſſiæ ligneæ veræ,
Coſti,
Myrrhæ,
Schœnanthûs,
Cubebarum,
Radic: Rubiæ,
Succ: Abſinthii, &
Agerarati, inſpiſſatorum,
Opobalſami, ſeu Olei Nucis Moſchatæ, ana drachmas duas.
Cinnamomi,
Calami Aromatici, ana drachmam unam ſemis.
Scordii,
Ceterach,
Succi Glycyrrhizæ, ana drachmas duas ſemis.
Tragacanthi drachmam unam.
Fiat Electuariū cum octuplo Sacchari albi in aqua Endiviæ ſoluti & clarificati ſ. a.

## ELECTVARIVM DE CITRO SOLVTIVUM.

℞ Corticis Citri conditi,
Conſervæ florum Violarum,
Bugloſſi,
Pulveris Diatragacanthi frigidi,
Diagrydii, ana unciam dimidiam.
Turpeti drachmas quinque.
Zingiberis drachmam dimidiam.
Folior: Sennæ drachmas ſex.
Sem: Fœniculi dulcis drachmam unam.
Sacchari albiſſimi in aqua roſarum ſoluti, & ex arte cocti uncias decem.
Fiat Electuarium ſolidum ſecundùm artem.

## ELECTVARIVM ELESCOPH, *MES.*

℞ Scammonii,
Turpeti optimi, ana drachmas ſex.

Cary-

Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Zingiberis,
Myrobalanorum Emblicarum,
Nucis moſchatæ,
Polypodii, ana drachmas duas ſemis.
Sacchari uncias ſex.
Mellis deſpumati uncias decem.
Miſce, fiat Electuarium ſecundùm artem.

## CONFECTIO HAMECH, *FERNELII.*

℞ Corticis Myrobalanorum citrinarum uncias duas.
Myrobalan: Chebularum,
Nigrarum.
Violarum,
Colocynthidos.
Polypodii quercini, ana unciam unam ſemis.
Abſinthii,
Thymi, ana unciam dimidiam.
Sem: Aniſi,
Fœniculi,
Flor: Roſarum rubrarum, ana drachmas tres.

Tuſa omnia macerentur per diem in ſeri lactis libris duabus, deinde coquantur ad libram unã, fricentur manibus, & exprimantur, Colatis adde
Succi Fumariæ,
Pulpæ Prunorum, &
Uvarum Paſſularũ, ana libram dimidiam.
Sacchari albi,
Mellis deſpumati, ana libram unam.
Coquantur ad mellis craſſitiem, inſpergendo ſub finem
Agarici trochiſcati,
Sennæ, tritorum, ana uncias duas.
Rhabarbari triti unciam unam ſemis.
Epithymi unciam unam.
Diagrydii drachmas ſex.
Cinnamomi unciam dimidiam.
Zingiberis drachmas duas.
Sem: Fumariæ,
Aniſi,
Spicæ Nardi, ana drachmam unam.
Fiat Electuarium ſ. a.

## ELECTVARIVM INDVM MINVS, *MES:*

℞ Turpeti,
Sacchari, ana drachmas centum.
Macis,
Piperis,
Zingiberis,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Cardamomi,
Nucis moſchatæ, ana drachmas ſeptem.
Scammonii præparati drachmas duodecim.
Miſce cum mellis deſpumati triplo, ad reliqua præter Saccharum, fiat

fiat Electuarium ſecundùm artem.

## ELECTVARIVM LENITIVVM.

℞ Paſſularum enucleatarum.
Polypodii quercini,
Sennæ orientalis, ana uncias duas.
Mercurialis manipul. unum ſemis.
Jujubarum,
Sebeſten, ana numero viginti.
Capillorum Veneris,
Violarum,
Hordei mundi, ana manipul. unum.
Prunorum Damaſcenorū enucleatorum,
Tamarindorum, ana drachmas ſex.
Glycyrrhizæ unciam dimidiā.
Coquantur ſ. a. colentur, in colatura diſſolve
Pulpæ Caſſiæ fiſtularis,
Tamarindorum,
Prunorum recentium,
Sacchari violati, ana uncias ſex.
Sacchari optimi libras duas.
Ultimò adde Pulveris Sennæ unciam unam ſemis, pro qualibet libra Electuarii,
ſicque in formam redigantur ſ. a.

## ELECTVARIVM PASSVLATVM.

℞ Polypodii quercini uncias tres.
Foliorum Sennæ,
Radic: Althææ recentium, ana uncias duas.
Sem: Aniſi drachmas duas.
Omnia infundantur in aqua fontana q. ſ. in vaſe vitreato, & coquantur ſ. a. deinde fiat expreſſio, Colaturæ adde,
Pulpæ Paſſularum per ſeraceum tranſmiſſarum libram dimidiam.
Sacchari albi,
Mannæ, ana uncias quatuor.
Coquantur rurſus ad Cydoniati craſſitudinem, quater in anno renovetur.

## ELECTVARIVM è SVCCO ROSARVM, *NICOLAI. MYREPS.*

℞ Sacchari,
Succi Roſarum rubrarum, ana libram unam & uncias quatuor.
Trium Santalorum, ana drachmas ſex.
Spodii drachmas tres.
Diagrydii drachmas duodecim.
Camphoræ ſcrupulum unum.
Fiat Electuarium ſ. a.
Succus cum Sacchato coquatur ad juſtam conſiſtentiam, dein addantur tritæ Species.

ELEC-

## ELECTVARIVM REGINÆ COLONIENS.

℞ Sem: Saxifragiæ,
Milii Solis,
Suc: Glycyrrhizæ, ana ſemunciam.
Sem: Carui,
Aniſi,
Apii,
Fœniculi,
Petroſelini Macedonici,
Geniſtæ,
Dauci,
Ruſci,
Aſparagi,
Leviſtici,
Cymini,
Juniperi,
Rutæ,
Sileris montani,
Rad: Acori veri,
Pulegii,
Pentaphylli,
Bacc: Lauri, ana drachmas duas.
Spicæ Indicæ,
Schœnanthûs,
Peucedani,
Valerianæ,
Carabes,
Lap: Lyncis, ana ſeſquidrachmam.
Galangæ,
Zingiberis,
Turpeti, ana drachmas duas.
Sennæ Alex: unciam unam.
Sanguinis Hirci præp. ſemunciã.
Miſce: fiat Pulvis, inde Electuarium ſecundùm artem, cum ſacchari in vino albo ſoluti triplo.

## HIERA PICRA SIMPLEX, *GALENI.*

℞ Cinnamomi,
Xylobalſami, ſeu Ligni Aloes,
Aſari,
Spicæ Nardi,
Maſtiches,
Croci, ana drachmas ſex.
Aloes (non lotæ) uncias duodecim ſemis.
Mellis deſpumati libras quatuor & uncias tres.
Miſce, fiat Electuarium ſ. a.
Species etiam per ſe reſervantur in officinis.

## HIERA CVM AGARICO.

℞ Specierum Hieræ ſimplicis ſine Aloe,
Agarici trochiſcati, ana unciam dimidiam.
Aloes non lotæ, unciam unam.
Mellis deſpumati uncias ſex.
Miſce, fiat Electuarium ſ. a.

## HIERA LOGADII, *NICOL: MYREPS:*

℞ Pulpæ Colocynthidos.
Polypodii, ana drachmas duas.
Euphorbii,
Polii montani,

Sem:

Sem: Thymelææ, ana drachmam unam ſemis & grana ſex.
Abſinthii,
Myrrhæ, ana drachmam unam & grana duodecim.
Centaurij minoris,
Agarici,
Gum: Ammoniaci,
Folii ſeu Macis,
Spicæ Nardi,
Scillæ præparatæ,
Diagrydii, ana drachmā unam.
Aloes,
Comarum Thymi,
Chamædryos,
Caſiæ ligneæ,
Bdellii,
Marrubii, ana ſcrupulum unum & grana quatuordecim,
Cinnamomi,
Opopanacis,
Caſtorei,
Ariſtolochiæ longæ,
Trium Piperum,
Croci,
Sagapeni,
Petroſelini, ana drachmā ſemis.
Hellebori nigri, &
albi, ana grana ſex.
Mellis deſpumati libram unam ſemis.
Miſce, fiat Electuarium, ſ. a.

Species etiam per ſe reſervantur in officinis.

## HIERA PACHII, SEV DIACOLOCYNTHIDOS, *NICOL: ALEX:*

℞ Colocynthidos,
Agarici,
Chamædryos,
Marrhubii,
Stœchados, ana drach: decem.
Opopanacis,
Sagapeni,
Sem: Petroſelini,
Rad: Ariſtolochiæ rotundæ,
Piperis albi, ana drachmas quinque.
Spicæ Nardi,
Cinnamomi,
Myrrhæ,
Folii,
Croci, ana drachmas quatuor.

Gummi trita mortario, cribrata cætera, excipiantur mellis deſpumati libris tribus, unciis tribus, & drachmis quinque, ut fiat Electuarium ſ. a.

## TRYPHERA MINOR, *FOENON MES:*

℞ Myrobal: { Chebularum, Belliricarum, Indarum, Emblicarum,
Nucis moſchatæ, ana drachmas quinque.
Sem: Naſturtij,

Rad:

Rad: Aſari,
Origani Perſici, ſeu Cretici Dictamni,
Piperis nigri,
Olibani,
Ammeos,
Zingiberis,
Tamariſci ſativæ,
Nardi Indicæ,
Schœnanthûs,
Cyperi rad: ana ſemunciam.
Limaturæ Chalybis præp: drachmas viginti.

Myrobalani aſſentur modicùm butyro non ſalito: pulverizata reliqua amygdalino dulci oleo involvantur: demùm adjicito
Moſchi electi drachmam unam.
Mellis deſpumati triplex pōdus.

Fiat Electuarium debitâ conſiſtentiâ, ſecundùm artem.

### TRYPHERA SOLVTIVA, *RENODÆI.*

℞ Diagrydii drachmas decem.
Turpeti optimi ſeſquiunciam.
Cardamomi minoris,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Macis, ana drachmas tres.
Santali citrini,
Glycyrrhizæ raſæ,
Sem: Fœniculi dulcis, ana ſemunciam.
Acori,
Schœnanthûs, ana drachmam.
Cortic: Citri condîti,
Roſarum, ana drachmas tres.
Violarum drachmas duas.
Penidiorum uncias quatuor,
Sacchari tabarzet ſelibram.
Mellis albiſſimi in ſucco Pomorum bene deſpumati libram unam.

Fiat Electuarium ſ. a.

## PILVLÆ

# PILVLAE.

## PILVLÆ ALEPHANGINÆ SIVE AROMATICÆ, *MES: juxta RENOD.*

℞ Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Nucis Moſchatæ,
Macis,
Calami Aromatici,
Carpobalſami, aut ſem: Angelicæ,
Schœnanthûs,
Ligni Aloes,
Santali Citrini,
Roſarum rubrarum,
Abſinthii ſicci, ana unciam dimidiam.

Hæc craſſiuſculè trita, macerentur per horas duodecim in aquæ libris quatuor: Deinde igne lento bulliant ad tertiæ partis abſumptionem, In colatura nutriatur

Aloes libra una,
Tum abſumptâ aqueâ humiditate ſuper cineres calidos, aut in hypocauſto, adde
Myrrhæ,
Maſtiches, ana unciam dimidiam.
Croci drachmas duas.
Syrupi de Abſinthio q. ſ.
Fiat Maſſa ſ. a.

## ALOE ROSATA, *Hier: Fabr: ab Aquap.*

℞ Aloes Succotrinæ lucid: pulveriz: uncias quatuor.
Succi Roſarum Damaſc: depurati libram unam.
Miſce, digere ad Solem vel in Balneo, dum exhalaverit omnis humiditas: id quater repetatur, paribus evaporatione, formâ, doſi. Maſſa in pyxidem repoſita, in pilulas ſit reducenda.

## PILVLÆ DE ALOE LOTA, *AVG.*

℞ Aloes lotæ cum ſucco Roſarum pallidarum unciam unam.
Agarici Trochiſcati drachmas tres.
Maſtiches drachmas duas.
Specierum Diamoſchi dulcis drachmam dimidiam.
Syrupi è roſis pallidis q. ſ.
fiat Maſſa ſ. a.

## PILVLÆ ASSAIRETH, *AVICENNÆ.*

℞ Specierum Hieræ picræ Galeni unciam unam.
Aloes vncias duas.
Maſtiches,
Myrobalanorum Citrinarum, ana unciam dimidiam.
Cum Syrupo de Stœchade q. ſ.
Miſce, fiat Maſſa ſ. a.

## PILVLÆ DE BDELLIO, *MES.*

℞ Bdellii drachmas decem.
Myrobalan: { Belliricarum,
Emblicarum,
Nigrarum, ana drach: quinque.
Scoriæ ferri,
Sem: Porri, ana drachmas tres.
Conchulæ (Veneris) aduſtæ,
Corallii uſti,
Carabes, ana ſeſquidrachmam.
Margaritarum ſemunciam.
Infunde Bdellium in ſucco Porri.
Fiant Pilulæ, ſ. a. Cum Syrupo è ſucco Porri.

## PILVLÆ DE EVPATORIO, *MES.*

℞ Myrobalanorum Citrinarum,
Succi Eupatorii, i. Agerati,
Abſinthii, ana drachmas tres.
Rhabarbari drachmas tres ſemis.
Maſtiches drachmam unam.
Croci, drachmam dimidiam.
Aloes optimæ drachmas quinque.
Syrupi è ſucco Endiviæ q. ſ.
Fiat Maſſa ſ. a.

## PILVLÆ DE HIERA CVM AGARICO EX *AVGVST. MES.*

℞ Specierum Hieræ Picræ Galeni,
Agarici Trochiſcati, ana unciam dimidiam.
Aloes optimæ unciam unam.
Mellis roſati q. ſ.
Fingantur in maſſam ſ. a.

## PILVLÆ IMPERIALES, *FERNELII.*

℞ Aloes optimæ uncias duas.

Rha-

Rhabarbari electi unciam unã ſemis.
Agarici trochiſcati,
Folior: Sennæ mundatorum, ana unciam unam.
Cinnamomi drachmas tres.
Zingiberis drachmas duas.
Nucis moſchatæ,
Caryophyllorum,
Spicæ Nardi,
Maſtiches, ana drachmam unã.
Cum Syrupo Violato ſubacta cogantur in Maſſam ſ. a.

## PILVLÆ MASTICHINÆ, *FERNELII.*

℞ Maſtiches uncias duas.
Aloes uncias quatuor.
Agarici trochiſcati,
Pulveris Hieræ ſimplicis, ana unciam unam ſemis.
Cum vino Malvatico cogantur in Maſſam ſ. a.

## PILVLÆ PESTILENTIALES, *RVFFI.*

℞ Aloes optimæ uncias duas.
Myrrhæ electæ,
Croci, ana unciam unam.
Excipiantur ſyrupo ex ſucco Limonum. fiat Maſſa ſ. a.

## PILVLÆ STOMACHICÆ, *MES.*

℞ Aloes drachmas ſex.
Maſtiches,
Roſarum rubrarum, ana drachmas duas.
Cum Syrupo Abſinthii cogantur in Maſſam, ſ. a.

## PILVLÆ DE SVCCINO, *ANDREÆ AVRIFABRI.*

℞ Succini albi,
Maſtiches, ana drachmas duas.
Aloes drachmas quinque.
Agarici drach: unam ſemis.
Ariſtolochiæ longæ drach: ſemis.
Syrupi ex Abſinthio q. ſ.
Fiat Maſſa ſ. a.

## PILVLÆ DE RHABARBARO, *MES.*

℞ Rhabarbari electi drachmas tres.
Myrobal: Citrinarum,
Trochiſc: Diarhodon, ana drac: tres ſemi.
Succi Glycyrrhizæ,
Abſinthii,
Maſtiches, ana drachmam unam.
Sem: Fœniculi,
Apii, ana ſemidrachmam.
Spec: Hieræ picræ ſimpl: Galeni drach: decem.
Excipe ſucco Fœniculi non depurato, & Melle q. ſ.
Fiat Maſſa.

## PILVLÆ EX TRIBVS, *FERNELII.*

℞ Maſtiches uncias duas.
Aloes uncias quatuor.
Agarici trochiſcati,
Pulveris Hieræ ſimplicis, ana unciam unam ſemis.
Rhabarbari electi uncias duas.
Cinnamomi unciam dimidiam.
Cum ſyrupo è Chicorio fiat Maſſa ſ. a.

## PILVLÆ DE AGARICO, *MES.*

℞ Agarici drachmas tres.
Radic: Ireos.
Maſtiches,
Marrhubii, ana drachmam unam.
Turpeti drachmas quinque.
Specierum Hieræ Picræ Galeni unciam dimidiam.
Colocynthidos,
Sarcocollæ, ana drachmas duas.
Myrrhæ drachmam unam.
Sapæ q. ſ.
Fiat Maſſa ſ. a.

## PILVLÆ AGGREGATIVÆ SIVE POLYCHRESTÆ, *MES.*

℞ Myrobalanorum Citrinarum,
Rhabarbari optimi, ana unciam dimidiam.
Succ: Eupatorii, i. Agerati, & Abſinthii inſpiſſatorum, ana drachmas duas.
Diagrydii drachmas quinque.
Myrobal: { Chebularum, Indarum,
Agarici,
Colocynthidos,
Polypodii, ana drachmas duas.
Turpeti optimi,
Aloes, ana drachmas ſex.
Maſtiches,
Roſarum,
Salis gemmei,
Epithymi,
Aniſi,
Zingiberis, ana drachmam unã.
Cum ſyrupo Roſarum pallidarum q. ſ. fiat maſſa ſ. a.

## PILVLÆ ARABICÆ, *NICOLAI.*

℞ Aloes optimæ uncias quatuor.
Radic: Bryoniæ,
Myrobal: { Citrinarum, Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Maſtiches,
Diagrydii,
Aſari,
Roſarum, ana unciam unam.
Caſtorei drachmas tres.
Croci drachmam unam.
Cum ſyrupo Abſinthii, fiat maſſa ſecundùm

ſecundùm artem.

## PILVLÆ ARTHRITICÆ, *NICOLAI.*

℞ Hermodactylorum,
Turpeti,
Agarici, ana unciam dimidiam.
Caſiæ ligneæ,
Spicæ Indicæ,
Caryophyllorum,
Xylobalſami, vel Ligni Aloes,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Macis,
Galangæ,
Zingiberis,
Maſtiches,
Aſæ fœtidæ,
Sem: Aniſi,
Fœniculi,
Saxifragiæ,
Aſparagi,
Ruſci,
Roſarum,
Milii Solis,
Salis gemmei, ana drachmas duas.
Scammonii unciam unam.
Aloes optimæ ad pondus omnium.
Succi ex Iua Arthritica inſpiſſati cum Sacchari q. ſ. vel ſyrupi ex ſucco ejuſdem q. ſ. Fiat maſſa.

## PILVLÆ AVREÆ, *NICOLAI.*

℞ Aloes,
Diagrydii, ana drachmas quinque.
Roſarum rubrarum,
Sem: Apii, ana drachmas duas ſemis.
Fœniculi,
Aniſi, ana drachmam unam ſemis.
Maſtiches,
Croci,
Trochiſcorum Alhandal, ana drachmam unam.
Trita excipiantur Mellis Roſacei colati q.ſ. Fiat maſſa ſecundùm artem.

## PILVLÆ COCHIÆ, *RHASIS.*

℞ Specierum Hieræ Picræ Galeni drachmas decem.
Pulpæ Colocynthidos drachmas tres, & ſcrupulum unum.
Diagrydii drachmas duas ſemis.
Turpeti,
Stœchados, ana drachmas quinque.
Syrupi de Stœchade q. ſ. Fiat maſſa ſ. a.

## PILVLÆ COCHIÆ CVM HELLEBORO.

℞ Species Pilularum Cochiarum,
Pul: Cort: Rad: Hellebori nigri unciam unam.
Cum Syrupo de Stœchade fiat maſſa ſ. a.

## PILVLAE FOETIDAE MAJORES, *MES.*

℞ Sagapeni,
Ammoniaci,
Opopanacis,
Bdellii,
Colocynthidos,
Sem: Rutæ agreſtis, vel ſiccæ hortenſ:
Aloes,
Epithymi, ana drach: quinque.
Turpeti unciam dimidiam.
Scammonii drachmas tres.
Eſulæ præparatæ,
Hermodactylorum, ana drachmas duas.
Zingiberis drachmam unam ſemis.
Cinnamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Caſtorei, ana drachmam unam.
Euphorbii ſcrupulos duos.
Dilue gummi ſucco Porri, & finge Maſſam cum Syrupo facto è ſucco Porri & Saccharo ſ. a.

## PILVLÆ DE FVMARIA, *AVICENNÆ.*

℞ Myrobal: { Citrinarum, Chebularum, Indarum,
Diagrydii, ana drachmas quinque.
Aloes, drachmas ſeptem.
Trita omnia ter imbuantur ſucco Fumariæ, terque ſiccari ſinantur, ac demùm cogantur in maſſam cum ſyrupo de Fumaria ſ. a.

## PILVLÆ DE HERMODACTYLIS MAJORES, *MES.*

℞ Sagapeni drachmas ſex.
Opopanacis drachmas tres.
Liquentur in ſucco Braſſicæ calefacto q. ſ. & idoneo linteo tranſmittantur, deinde parum coquantur, Tum
℞ Hermodactylorum,
Aloes,
Myrobalanorum Citrinarum,
Turpeti,
Colocynthidos,
Bdellii mollis, ana drachmas ſex.
Caſtorei,
Sarcocollæ,
Euphorbii,
Sem: Rutæ ſylveſtris vel ſativæ,
Apii, ana drachmas tres.
Croci drachmam unam ſemis.
Cum ſyrupo è ſucco Caulium facto cum Melle fiat maſſa ſ. a.

## PILVLÆ INDÆ, *MES. ex HALT.*

℞ Myrobalanorum Indarum,
Ellebori nigri,
Polypodii, ana drachmas quinque.

Epi-

Epithymi,
Stœchados, ana drachmas ſex.
Agarici,
Lapidis Lazuli ſæpius loti,
Troch: Alhandal,
Salis Indi, ana unciam dimidiam.
Succi Eupatorii, i. Agerati inſpiſſati,
Spicæ Indicæ, ana drachmas duas.
Caryophyllorum drachmam unam.
Specierum Hieræ picræ ſimpl. Galeni drachmas duodecim.
Cum Syrupo è Succo Apii fiat maſſa ſ. a.

PILVLÆ DE LAPIDE LAZVLI, *MES.*

℞ Lapidis Lazuli ſæpiùs loti drachmas quinque.
Epithymi,
Polypodii,
Agarici, ana unciam unam.
Scammonii,
Hellebori nigri,
Salis Indi, ana drachmas duas ſemis.
Caryophyllorum,
Sem: Aniſi, ana unciam dimidiam.
Hieræ picræ drachmas quindecim.
Cum ſyrupo è ſucco Cichorii, fiat maſſa ſ. a.

PILVLÆ LVCIS MAJORES, *MES.*

℞ Roſarum,
Violarum,
Abſinthii,
Colocynthidos,
Turpeti,
Cubebarum,
Calami Aromatici,
Nucis Moſchatæ,
Spicæ Indicæ,
Epithymi,
Carpobalſami, vel Cardamomi,
Xylobalſami, vel Ligni Aloes,
Sem: Seſeleos,
Rutæ,
Aniſi,
Fœniculi,
Apii,
Schœnanthûs,
Maſtiches,
Radic: Aſari,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Caſiæ ligneæ,
Croci,
Macis, ana drachmas duas.
Myrobal: Citrinarum, Chebularum, Indarum, Belliricarum, Emblicarum,
Rhabarbari, ana unciam dimidiam.
Agarici,
Sennæ, ana drachmas quinque.
Euphra-

Euphragiæ drachmas ſex.
Aloes Succotrinæ ad pondus omnium; confice cum ſyrupo de ſucco Fœniculi, ſ. a.

## PILVLÆ MECHOACANÆ, *RENODÆI.*

℞ Mechoacanæ unciam dimidiã.
Turpeti drachmas tres.
Folior: Thymelææ in aceto maceratorum & ſiccatorũ.
Semin: Ebuli,
Agarici trochiſcati, ana drachmas duas.
Radic: Eſulæ præparatæ,
Maſtiches, ana drachmam unam ſemis.
Macis,
Cinnamomi,
Salis gemmei, ana ſcrupulos duos.

Fiat omnium pulvis, & cùm Syrupo facto cum ſaccharo & ſucco radicum Iridis fiat maſſa pro Pilulis ſecundùm artem.

## PILVLAE RVDII.

℞ Colocynthidis drachmas ſex.
Agarici optimi,
Diagrydii,
Elebori nigri,
Turpeti ana drachmas quatuor.
Aloes ſucco Citrini, unciam unam.
Specier. Diarhodon,
Abbatis unciam ſemis.

Contundantur omnia (exceptis ſpeciebꝫ Diarhod: Abbatis) craſſo modo, & infundantur ad Solem in aqua vitæ opt. per octo dies, ita ut aqua vitæ ſupereminea t octo digit: Deinde infundantur quoque ſpecies Diarhod. Abbat: in aqua vitæ ſimili modo per quatuor dies, & facta colatura atque expreſſione forti, utriuſque miſceantur illæ colaturæ, & (fere abjecta) ponatur liquor in alembicum vitreum, ut ſeparata (per diſtillationem) humiditate, remaneat materia denſa, uti mel ex quâ Pilulæ.

## PILVLÆ SINE QVIBVS ESSE NOLO, *NICOLAI.*

℞ Aloes lotæ drachmas quatuordecim.
Myrobal: Citrinarum, Chebularum, Belliricarum, Emblicarum, Indarum,
Rhabarbari,
Maſtiches,
Abſinthii,
Roſarum rubrarum,
Violarum,
Sennæ,
Agarici,
Caſſuthæ ana drachmam unã.
Diagrydii drachmas ſex ſemis.

Cum ſyrupo ex ſucco Fœniculi facto

ćto cum Melle, fiat maſſa ſecundùm artem.

## PILVLAE EX ESVLA, *FERNELII.*

℞ Cortic: Radic: Eſulæ minoris maceratæ horis viginti quatuor in aceto & ſucco Portulacæ, drachmas duas.
Grana Ricini expurgata, torrefacta, numero quadraginta.
Myrobalanorum citrinarũ ſeſquidrachmam.
Chamædryos,
Chamæpityos,
Spicæ Nardi,
Cinnamomi, ana ſcrup: duos.

Trita tenuiſſimè excipiantur unciâ una Tragacanthæ aquâ Roſarum ſolutæ, Addito ſyr: Roſarum q. ſ. ut cogantur in maſſam ſ. a.

## PILVLÆ EX EUPHORBIO, *MES.*

℞ Euphorbii,
Colocynthidos,
Agarici,
Bdellii,
Sagapeni, ana drach: duas.
Aloes drachmas quinque.

Cum Syrupo ex Succo Porri fiat maſſa ſ. a.

## PILVLÆ DE OPOPANACE, *MES.*

℞ Opopanacis,
Hermodactylorum,
Sagapeni,
Bdellii,
Ammoniaci,
Colocynthidos, ana drachmas quinque.
Croci,
Caſtorei,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Piperis nigri,
longi,
Caſiæ ligneæ,
Myrobal: Citrinarum,
Belliricarum,
Emblicarũ, ana drac: unam.
Scammonii drachmas duas.
Turpeti ſemunciam.
Aloes drachmas duodecim.

Infuſis lachrymis in aqua Cauliũ, formetur maſſa ſ. a. cum Syrupo ex Succo Caulium.

## PILVLÆ TVRPETI AVREÆ, *MES.*

℞ Turpeti gummoſi drachmas ſedecim.
Aloes ſeſquiunciam.
Myrobalanorum citrinarum drachmas decem.
Roſarum rubrarum,
Maſtiches, ana drachmas ſex.
Croci drachmas tres.

E pulverizatis cum Syrupo Abſinthii q. ſ. fiat maſſa.

PILV-

## PILVLÆ DE CYNOGLOSSO, *FERNELII.*

℞ Myrrhæ drachmas ſex.
Thuris maſculi drachmas quinque.
Opii,
Sem: Hioſcyami,
Radic: Cynogloſſi aridarum, ana unciam dimidiam.
Croci,
Caſtorei, ana drachmam unam ſemis.
Cum Syrupo ex Stœchade fiat Maſſa ſecundùm artem.

## LAVDANVM.

℞ Opii Thebaici extracti in ſpiritu Vini unciam unam.
Croci ſimiliter extracti drachmam unam ſemis:
Caſtorei drachmam unam.
Excipiantur tincturâ ſemiunciæ ſpecierum Diambræ recentium in ſpiritu Vini factâ.
Addendo (ex gratia) Ambræ griſeæ & Moſchi, ana grana ſex.
Olei Nucis Moſchatæ guttas decem.
Tum evaporatione factâ ad balnei calorem tepidum fiat Maſſa.

## PILVLÆ SCRIBONII.

℞ Sagapeni,
Myrrhæ, ana drachmas duas.
Opii,
Cardamomi,
Caſtorei ana unciam dimidiam.
Piperis albi drachmam dimidiam.
Sapæ quantum ſufficit.
Fiat Maſſa ſecundùm artem.

## PILVLÆ è STYRACE *MES.*

℞ Styracis liquidæ,
Thuris,
Myrrhæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Opii, ana partes æquales.
Miſce, fiat maſſa pro pilulis cum ſufficienti quantitate Syrupi de Papavere ſecundùm artem.

TROCHIS-

# TROCHISCI.

## TROCHISCI DE ABSINTHIO, *MES.*

℞ Roſarum rubrarum,
Abſinthii Pontici,
Aniſi, ana drachmas duas,
Rhabarbari,
Succi Eupatorii, i. Agerati,
Aſari,
Sem: Apii,
Amygdalarum amararum.
Spicæ Nardi Indicæ,
Maſtiches,
Folii, vel Macis, ana drachmam unam.
Succi Cichorii, q. ſ. fiant Trochiſci ſecundùm artem.

## TROCHISCI ALEXITERII, *RENODÆI.*

℞ Radic: Gentianæ,
Tormentillæ,
Ireos Florentinæ,
Zedoariæ, ana drac: duas.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Macis, ana drachmam dimidiam.
Zingiberis drachmam unam.
Radic: Angelicæ drachmas tres.
Sem: Coriandri præparatorum,
Roſarum, ana drachmam unā.
Corticis Citri ſicci drachmas duas.
Fiat omnium Pulvis ſubtiliſſimus & cum Succi Glycyrrhizæ vino Hippocratico parùm emolliti, & liquefacti, unciis ſex, fiat paſta mollis, de qua formentur Trochiſci, vel potiùs Bacilli oblongi, ſ. a.

## TROCHISCI ALIPTÆ MOSCHATÆ, *NIC.*

℞ Labdani puriſſ: triti uncias tres.

Styracis

Styracis Calamitæ unciam unã ſemis.
Benzoini unciam unam.
Ligni Aloes drachmas duas.
Ambræ griſeæ drachmam unã.
Camphoræ drachmam dimidiam.
Moſchi ſcrupulum dimidium.
Aquæ Roſarum q. ſ. Miſce, fiant Trochiſci, ſ. a.

## TROCHISCI DE ANISO, *MES.*

℞ Aniſi,
Succi Eupatorii, i. agerati inſpiſſati ana drachmas duas.
Sem: Anethi,
Spicæ Indicæ,
Maſtiches,
Folii, vel Macis,
Folior: Abſinthii,
Aſari,
Apii,
Amygdalarum amararum, ana drachmam dimidiam.
Aloes drachmas duas.
Succi Abſinthii q. ſ. fiant Trochiſci, ſ. a.

## TROCHISCI BECHICI ALBI, VEL ROTVLÆ PECTORALES.

℞ Sacchari albiſſimi libram unam.
Sacchari candi albi,
Penidiorum, ana uncias quatuor.
Glycyrrhizæ drachmas ſex.
Radic: Iridis Florentinæ unciam dimidiam.
Amyli ſeſquiunciam.
Mucilaginis Tragacanthæ ex aqua Roſarum factæ, q. ſ.
Fiant Trochiſci, & additis Moſchi granis tribus, & Ambræ griſeæ granis quatuor,
poterunt formari in Rotulas, quas vulgò vocant Rotulas Pectorales.
Vel ſi viſum fuerit ſine Moſcho aut Ambra.

## TROCHISCI BECHICI NIGRI, *RHASIS.*

℞ Succi Glycyrrhizæ,
Sacchari albi, ana drachmas decem.
Tragacanthi,
Amygdalarum dulc: mundat: ana drachmas ſex.
Mucilaginis Cydoniorum q. ſ.
Miſce: fiant Trochiſci, ſ. a.

## TROCHISCI DE BERBERIS, *MES.*

℞ Berberorum Baccarum ſiccarũ.
Succi Glycyrrhizæ,
Spodii,
Sem: Portulacæ, ana drachmas tres.
Roſarum rubrarum drachmas ſex.
Spicæ Indicæ,
Croci,

Amyli.

Amyli.
Tragacanthi, ana drachmam unam.
Sem: Citruli drachmas tres ſemis.
Camphoræ drachmam dimidiam.
Confice cum Manna ſucco Berberorum diluta, ſ. a.

## TROCHISCI DE CAMPHORA, *MES.*

℞ Roſarum rubrarum drachmas quatuor.
Spodii,
Glycyrrhizæ, ana drachmas duas.
Sem: quatuor frigidorum majorum.
Tragacanthæ,
Croci,
Gummi Arabici,
Spicæ Nardi Indicæ, ana drachmam unam.
Santali Citrini drachmas duas ſemis.
Ligni Aloes,
Cardamomi majoris,
Amyli,
Camphoræ, an: ſcrupulos duos.
Sacchari albiſſimi,
Mannæ, ana drachmas tres.
Mucilaginis Sem: Pſyllii cum aqua Roſarum factæ q. ſ. ad formandos Trochiſcos.

## TROCHISCI DE CAPPARIBUS, *MES.*

℞ Corticum radicum Capparum
Sem: Agni Caſti, ana drachmas ſex.
Gum: Ammoniaci,
Sem: Nigellæ,
Calaminthæ,
Acori,
Succi Eupatorii, i. Agerati inſpiſſati,
Amygdalarum amararum,
Foliorum Rutæ,
Radic: Ariſtolochiæ rotundæ.
Sem: Naſturtii, ana drachmas duas.
Scolopendrii, id eſt, Ceterach.
Cyperi rotundi, ana drachmam unam.
Ammoniaco in aceto accerrimo ſoluto pulveres cæteri miſceantur, & formentur Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI CYPHEOS, *DAMOCRATIS.*

℞ Pulpæ uvarum paſſarum pinguium.
Terebinthinæ coctæ, ana uncias tres.
Myrrhæ,
Schœnanthûs, ana unciam unã ſemis.
Calami Aromatici, drachmas novem.
Cinnamomi unciã dimidiam.

Unguium Bdellii,
Spicæ Indicæ,
Caſiæ Ligneæ,
Cyperi,
Baccarum Juniperi, ana drachmas tres.
Aſpalathi, ſive Ligni Aloes drachmas duas ſemis.
Croci, drachmam unam.
Mellis deſpumati q. ſ.
Vini optimi modicum.

Bdellium, Vinum & Myrrha mortario immittantur, benè terantur, donec redierint ad craſſitudinem liquidi mellis; poſteà Mel addatur, cum Pulpa Paſſul: contritum, poſtremò reliqua omnia lævigata, ſicque fiant Trochiſci ſ. a. ſiccentur in umbra.

TROCHISCI DIARHODON, *MES:*

℞ Folior: Roſarum rubrarũ drachmas ſex.
Spicæ,
Ligni Aloes, ana drachmas duas.
Glycyrrhizæ drachmas tres.
Spodii drachmam unam.
Croci drachmam dimidiam.
Maſtiches drachmas duas.

Cum Vino albo fiant Trochiſci ſecundùm artem.

TROCHISCI DE EVPATORIO, *MES.*

℞ Mannæ,
Succi Eupatorii, i. Agerati inſpiſſati, ana unciam unam.
Roſarum rubrarum unciam dimidiam.
Spodii ex Ebore drachmas tres ſemis.
Spicæ Indicæ drachmas tres.
Rhabarbari,
Aſari,
Aniſi, ana drachmas duas.

Cum aqua Cuſcutæ fiāt Trochiſci.

Manna autem cum ſucco eſt ſolvenda: deinde pulveres cæteri paulatim ſucco adjiciantur: in umbra exiccati reponantur.

TROCHISCI DE GALLIA MOSCHATA, *MES.*

℞ Ligni Aloes crudi drachmas quinque.
Ambræ griſeæ drachmas tres.
Moſchi drachmam unam,

Cum Mucilagine Tragacanthæ extracta cum ſufficienti quantitate aquæ Roſarum, fiant Trochiſci, ſiccentur in umbra.

TROCHISCI GORDONII.

℞ Semin: 4. frigidorum, { majorũ, minorũ, } mundatorum.

Sem:

Sem: Papaveris albi,
Malvæ,
Bombacis,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Myrtillorum,
Gum: Tragacanthi,
Arabici,
Pinearum mundatarum,
Piſtaciarum,
Sacchari candi,
Penidiorum,
Glycyrrhizæ mundatæ,
Hordei mundati,
Mucilaginis Pſyllii,
Amygdalarũ dulcium, ana unciam unam.
Boli Armeni,
Sanguinis Draconis,
Spodii,
Roſarum,
Myrrhæ, ana uncias duas.
Conficiantur cum Hydromelite.
Fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI HEDYCHROI ANDROMACHI EX *GALENO.*

℞ Mari,
Aſari,
Amaraci,
Aſpalathi, ſive Santali Citrini, ana drachmas duas.
Scœnanthûs,
Calami odorati,
Phu Pontici,
Xylobalſami, aut Ligni aloes,
Opobalſami, aut olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem,
Cinnamomi,
Coſti ana drachmas tres.
Myrrhæ,
Folii Malabathri vel Macis,
Nardi Indicæ,
Croci,
Caſiæ ligneæ, ana drachmas ſex.
Amomi, aut Cardamomi minoris, unciam unam ſemis.
Maſtiches drachmam unam.
Vini Hiſpanici optimi q. ſ.

Primùm Crocus pulveriſatus in pila ſtudiosè teratur cum Vino, deinde Myrrha & Maſtiche probè trita adjiciantur, dein Opobalſamum, poſtremò reliqua pulveris formâ inſpergantur, ſimulq; permiſceantur, vino ſubinde affuſo, & tenues Paſtilli formentur, ſ. a. & in umbra ſiccentur.

## TROCHISCI HYSTERICI, *RENODÆI.*

℞ Aſæ fœtidæ,
Galbani, ana drachmas duas ſemis.
Myrrhæ drachmas duas.
Caſtorei drachmam unã ſemis.
Aſari,
Ariſtolochiæ,
Sabinæ,
Matricariæ,
Nepetæ, ana drachmam unam.
Dictamni drachmam dimidiã.

Cum ſucco aut decocto Rutæ fiant Trochiſci ſ. a.

### TROCHISCI DE LACCA, MES.

℞ Laccæ mundatæ.
Succorum Glycyrrhizæ,
Eupatorii, (i) Agerati.
Abſinthii,
Berberorum,
Rhabarbari,
Ariſtolochiæ longæ,
Coſti,
Aſari,
Amygdalarum amararum,
Rubiæ tinctorum,
Aniſi,
Apii,
Scœnanthûs, ana drachmam unam.

Cum decocto Ariſtolochiæ & Schœnanthûs, vel ſucco Eupatorii aut Abſinthii, fiant Trochiſci ſecundùm artem.

### TROCHISCI DE TERRA LEMNIA, MES. ſec. FERNEL.

℞ Sanguinis Draconis,
Gummi Arabici aſſati,
Trochiſcorum Ramich,
Roſarum rubrarum,
Sem: Roſarum,
Amyli aſſati,
Spodii,
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Lap: Hæmatitæ,
Balauſtiorum,
Boli Armeni,
Terræ Lemniæ,
Corallii rubri,
Succini, ana drachmas duas.
Margaritarum,
Tragacanthæ,
Sem: Papaveris nigri, ana drachmam unam ſemis.
Sem: Portulacæ parum toſt:
Cornu Cervi uſti,
Thuris,
Nucum Cupreſſi,
Croci, ana drachmas duas.

Cum ſucco, aut aqua Plantaginis fiant Trochiſci, ſ. a.

### TROCHISCI è MYRRHA, RHASIS.

℞ Myrrhæ drachmas tres.
Farinæ Lupinorum drachmas quinque.
Foliorum Rutæ,
Mentaſtri,
Pulegii,
Sem: Cymini,
Radic: Rubiæ,
Aſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opopanacis, ana drachmas duas.

Diſſolvantur gummi in aceto Scillitico, & cum ſucco Artemiſiæ fiant Trochiſci.

TRO-

## TROCHISCI POLYIDÆ SPHRAGIS, ANDROMACHI EX *GALENO.*

℞ Florum Mali Punici, id eſt, Balauſtiorum drachmas duodecim.
Aluminis Sciſſilis drachmas tres.
Thuris,
Myrrhæ, ana unciam dimidiã.
Chalcanthi drachmas duas.
Fellis Taurini drachmas ſex.
Aloes unciam unam.
Vini auſteri q. ſ. fiant Trochiſci ſecundùm artem.

## PASTILLI ANDRONIS, *GALEN.*

℞ Cytinorum Balauſtior: drach: decem.
Chalcanthi drach: duodecim,
Gallæ omphacitis.
Ariſtolochiæ,
Thuris, ana unciam,
Aluminis Sciſſilis,
Myrrhæ, ana ſemunciam.
Miſy, drachmas duas.
Cum vini auſteri heminis duabus fiant Trochiſci, ſ. a.

## TROCHISCI MVSÆ, *GALEN.*

℞ Aluminis ſciſſi,
Aloes,
Chalcanthi,
Myrrhæ, ana drachmas ſex.
Crocomagmatis,
Croci, ana drachmas tres.
Cytinorum ſemunciam.
Vini odorati.
Mellis, ana q. ſ. ut formentur Paſtilli, ſ. a.

## CROCOMAGMA DAMOCRATIS, *GALEN.*

℞ Croci drachmas centum,
Roſarum rubrarum,
Myrrhæ, ana drachmas quinquaginta,
Amyli,
Gummi, ana drachmas triginta.
Vini q. ſ. fiant Trochiſci, ſ. a.

## TROCHISCI DE LIGNO ALOES, *MES.*

℞ Xyloaloes,
Roſarum rubr: ana drachmas duas
Maſtiches,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Nardi Indicæ,
Nucis Moſchatæ,
Cardamomi majoris, minoris;
Cubebarum,
Galliæ Moſchatæ,
Paſtinacæ,
Cortic: Citri,

 Macis,

Macis, ana ſeſquidrachmam.
Ambræ griſeæ,
Moſchi, ana ſemiſcriptulum,
Cum Melle Paſſularum fiant Trochiſci.

## TROCHISCI RAMICH, *MES.*

℞ Succi Acetoſæ uncias ſedecim.
Foliorum Roſarum rubrarum unciam unam.
Baccarum Myrti uncias duas.
ſemel fervefiant & colentur, adde colatis
Gallarum recentium accuratè tritarum uncias tres.
Coque iterum aliquantiſper, deinde inſpergatur ſequentium ſpecierum minutiſſimus & optimè commixtus Pulvis.

℞ Roſarum rubrarum unciam unam.
Santali Citrini drachmas decem.
Gummi Arabici unciam unam ſemis.
Sumach,
Spodii, ana unciam unam.
Granorum Myrti uncias quatuor.
Ligni Aloes,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moſchatæ, ana unciam dimidiam.
Omphacii ſeu Agreſtæ drachmas ſeptem.

Miſce omnia ſimul, & extende in ſcutella lapidea, dum exiccentur, exiccata rurſus in tenuiſſimum pulverem terantur, & formentur Trochiſci parvi cum Camphoræ drachma una, & q. ſ. aquæ Roſarum, & Trochiſcos hos aromatizant Moſchi grana quindecim.

## TROCHISCI DE ROSIS, *MES.*

℞ Roſarum rubrarum unciam dimidiam.
Ligni Aloes drachmas duas.
Maſtiches drachmam unam ſemis.
Abſinthii Rom:
Cinnamomi,
Nardi Indicæ,
Caſiæ ligneæ,
Schœnanthûs, ana drachmam unam.
Vini veteris, & decocti quinque radicum aperitivarum ana q.ſ. fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI DE SCILLA, *GALENI.*

Scillam initio Julii collectam mediæ magnitudinis, plenam, candidam, cortice primo detracto, & parte duriore, cui radiculæ adhærent abjecta, farinâ tritici ſubactâ involves, & eouſque in clibano coques, donec farina probè ſiccata

cata ſit, & ea perforata, ſtilo ligneo (vel potiùs feſtucâ) tentabis an Scilla undique tenera ſit. Eâ exemptâ, ipſam in mortario diligenter teres, cui admiſcebis farinæ Erui albi, vel ejus loco Ciceris rubri tenuiſſimè cribrati uncias octo ad ſingulas Scillæ libras, & formabis in Trochiſcos ponderis drachmarum duarum (manibus roſaceo inunctis) & ſiccabis in ſuperiore parte ædium meridiem ſpectante, in umbra, ſæpiùs obvertendo, donec probè ſiccati ſint, deinde repone in vaſe ſtanneo puro, vel vitreo vitatis plumbeis.

## TROCHISCI DE SPODIO, *MES.*

℞ Roſarum rubrarum drachmas duodecim.
Spodii drachmas decem.
Sem: Acetoſæ drachmas ſex.
Portulacæ,
Coriandri in aceto maceratorum & torrefactorum.
Pulpæ Sumach, ana drachmas duas ſemis.
Amyli toſti,
Balauſtiorum,
Berber: ana drachmas duas.
Gummi Arabici aſſati drachmã unam ſemis.
Agreſtæ q. ſ. fiant Trochiſci.

## TROCHISCI DE SANTALIS MAI. *MES.*

℞ Santalorum trium ana unciam.
Sem: Cucumeris.
Cucurbitæ,
Citruli,
Portulacæ,
Spodii, ana ſemunciam.
Roſarum drachmas ſeptem.
Succi Berber: drachmas ſex.
Boli Armeni drach: quatuor.
Camphoræ drach: unam.
Cum aqua Portulacæ fiant Trochiſci.

## TROCHISCI DE VIPERA ANDROMACHI EX *GALENO.*

℞ Carnis Viperinæ detractâ cute, exemptis interaneis & adipe, abjectis capitibus & caudis, cum Anetho, ſale pauco & aquâ coctæ uncias octo.
Panis triticei puriſſimi, aut potiùs biſcocti triti & cribrati uncias duas.

Formentur Trochiſci, cum jure in quo decoctæ fuerint carnes Viperinæ, ſi opus ſit liquore, & inungantur Opobalſamo vel Oleo Nucis Moſchatæ per expreſſionẽ. Siccentur loco umbroſo libero, ventoque perflabili per dies quindecim, aut eo ampliùs, ſæpe autem ſunt convertendi, donec probè

bè exiccati fuerint, deinde in pyxidem vitream, aut figlinam vitreatam, benè obturatam reponendi. Annum integrum perſeverent, quanquam longè meliùs fuerit haud multo poſtquam ipſos confeceris Theriacam adornare. Qui porro diutiùs conſervare velit, ſubinde eos à pulviſculo abſtergat, qui illis obnaſci conſuevit, qui ſi diutiùs inhæreat Paſtillos perforabit; hoc modo conſervari poſſunt integri ad tertium annum.

## TROCHISCI VITICIS SIVE AGNI CASTI, *RENODÆI.*

℞ Sem: Viticis, ſeu Agni caſti,
Lactucæ,
Roſarum,
Balauſtiorum, ana drachmam unam.
Scobis Eboris,
Electri, ana drachmam unam ſemis.
Boli Armeni in Aqua Centinodii loti drachmas duas.
Sem: Plantaginis ſcrup: quatuor.
Saſſafras ſcrupulos duos.
Cum Mucilagine ſem: Cydoniorum in Aqua Nenupharis extracta fiant Trochiſci ſ. a.

## TROCHISCI ALBI, *RHASIS.*

℞ Ceruſſæ Aqua Roſarum lotæ drachmas decem.
Sarcocollæ craſſioris drachmas tres.
Amyli drachmas duas.
Gum: Arabici,
Tragacanthi, ana drachmam unam.
Caphuræ,
Opii, ana drachmam dimidiā.
Lacte excipiantur ſingula, & fiant Trochiſci ſ. a.

Parari etiam poſſunt hi Trochiſci ſine Opio.

## TROCHISCI ALKEKENGI, *MES.*

℞ Baccarū Alkekengi drach: tres.
Sem: Melonum,
Cucumeris,
Citruli,
Cucurbitæ, ana drachmas tres ſemis.
Gum: Arabici,
Tragacanthi,
Thuris maſculi,
Sanguinis Draconis,
Pinearum,
Amygdalarum amararum,
Sem: Papaveris albi,
Amyli,
Succi Glycyrrhizæ,
Boli Armeni, ana drachmas ſex.
Sem: Apii,
Hyoſcyami,
Carabes,
Terræ ſigillatæ,
Opii, ana drachmas duas.

Cum

Cum ſucco recentium Baccarum Halicacabi, aut decocto earundem fiant Trochiſci ſ. a.

Parantur etiam ſine Opio.

## TROCHISCI DE CARABE, *MES.*

℞ Carabes drachmas ſex.
Cornu Cervi uſti,
Gum: Arabici aſſati,
Corallii rubri uſti,
Tragacanthi,
Acaciæ,
Hypociſtidos,
Balauſtiorum,
Maſtiches,
Laccæ lotæ,
Sem: Papaveris nigri aſſat: ana drachmas duas.
Thuris,
Croci,
Opii, ana drachmam unam ſemis.
Mucilaginis Sem: Pſyllii q. ſ. formentur Trochiſci ſecundùm artem.

## TROCHISCI DIACORALLIV. *GALENI.*

℞ Boli orientalis,
Corrallii rubri, ana unciam unam.
Balauſtiorum,
Amyli,
Terræ Lemniæ, ana unciam dimidiam.
Hypociſtidos,
Sem: Hyoſcyami,
Opii, ana drachmas duas.
Succi Plantaginis quantitatem ſufficientem: formentur Trochiſci, ſecundùm artem.

## TROCHISCI DIASPERMATΩN, *GALENI.*

℞ Sem: Apii,
Ammeos, ana unciam unã.
Aniſi,
Fœniculi, ana unciam dimidiam.
Opii,
Caſiæ Ligneæ, ana drachmas duas.
Cum aqua pluviali fac Paſtillos ſecundùm artem.

## HÆMOPTOICI PASTILLI, *GALEN.*

℞ Amyli,
Balauſtiorum,
Terræ Samiæ,
Succi Hypociſtidos,
Gummi,
Croci,
Opii, ana drachmas duas.
Excipe ſucco Plantaginis, fiant Trochiſci ſ. a.

## SIEF DE PLVMBO, *MES.*

℞ Plumbi uſti & loti,

AEris

AEris uſti,
Antimonii,
Tutiæ lotæ,
Gum: Arabici,
Tragacanthi, ana unciā unam.
Opii drachmam dimidiam.
Aquæ pluviæ quantitatem ſufficientem. Fiant Trochiſci.

### TROCHISCI è SVCCINO, *GALEN.*

℞ Iridis Illyricæ,
Ramentorum Succini,
Maſtiches,
Croci ana drachmas duas.
Opii drachmas quinque.
Excipiantur omnia Mucilagine ex Sem: Pſyllii. Fiant Paſtilli.

### SIEF DE THVRE, *RHASIS.*

℞ Cadmiæ,
Pompholigos,
Thuris ana drachmas decem.
Ceruſſæ drachmas quadraginta.
Gum: Arabici,
Opii, ana drachmas ſex.
Aquæ pluvialis q. ſ. Fiant Paſtilli, ſiccandi & ſervandi.

### AGARICVS TROCHISCATVS, *MES.*

℞ Agarici electi uncias quatuor.
Infuſionis Zingiberis in vino generoſo factæ quantitatem ſufficientem. Fiant Trochiſci.

### TROCHISCI DE AGARICO.

℞ Agarici electi uncias tres.
Salis gem: drachmas ſex.
Zingiberis, drachmas duas.
Cum Oxymelite ſimplici q.ſ. Fiant Trochiſci ſecundùm artem.

### TROCHISCI ALHANDAL, *MES.*

℞ Pulpæ Colocynthidos albæ, levis, à ſeminibus repurgatæ uncias decem.
Forcipibus incide & frica aliquoties cum olei roſati unciâ unâ, & trochiſcos finge, cum parte,
Mucilaginis, extractæ ex
Gum: Arabici,
Tragacanthi,
Bdellii, ana drachmis ſex.
Macerentur per quatriduum in aqua Roſarum. Siccati in umbra, denuò terantur, & cum reliqua Mucilagine refingantur ſecundùm artem.

### TROCHISCI DE RHABARBARO, *MES.*

℞ Rhabarbari electi drachmas decem.
Succi Eupatorii, i. Agerati condenſati.

Amyg.

Amygdalarum amaratum, ana unciam dimidiam.
Roſarum drachmas tres.
Spicæ Indicæ,
Abſinthii,
Sem: Aniſi,
Apii,
Rad: Rubiæ tinctorum,
Aſari, ana drachmam unā.
Cum aqua Cuſcutæ vel ejus loco ſucci Eupatorii depurati fiant Trochiſci ſecundùm artem.

TROCHISCI è VIOLIS SOLUTIVI, *MES.*

℞ Violarum modicè ſiccatarum drachmas ſex.
Turpeti optimi ſemunciam.
Succi Glycyrrhizæ,
Scammonii,
Mannæ, ana drachmas duas.
Cum Syrupo violarum formentur Trochiſci.

# OLEA

# OLEA SIMPLICIA PER EXPRESSIONEM.

### OLEVM AMYGDALARVM DVLCIVM. *MES.*

℞ Amygdalarum dulcium ſiccarum, ſed non rancidarum confricatarum q. v. terantur optimè, & è prælo exprimatur oleũ ſine vi caloris.

### OLEVM AMYGDALARVM AMARARVM, *MES.*

Eodem modo fit, ut Amygdalarum dulcium.

### OLEVM AVELLANARVM, *MES.*

℞ Avellanarum mundatarum quantitatem ſufficientem, terantur optimè, & relinquantur per horas quinque vel ſex in Balneo tepido, deinde torculari exprimatur oleum.

Et eodem modo fiunt,

## OLEVM BALANINVM vel DE BEEN, EX BALANO MYREPSICA, *MES.*

Oleum
- Macis.
- Nucis Indicæ.
- Nucis Moſchatæ.
- Nucum Juglandium Caryinon.
- ex Nucleis
  - Ceraſorum.
  - Mali Armenii, Chryſomelinum.
  - Mali Perſici.
  - Pinearum.
  - Prunorum.
  - Piſtaciarum.
  - Strobylorum.
- ex Seminibus
  - Aurantiorum.
  - Cannabis.
  - Carthami & dicitur Cnicinum.
  - Citri.
  - Cucumeris.
  - Cucurbitæ.
  - Citruli.
  - Ebuli.
  - Hyoſcyami.
  - Lactucæ.
  - Lini.
  - Melonum.
  - Papaveris.
  - Petroſelini.
  - Raphani.
  - Rapi.
  - Ricini, & dicitur Oleum de Cherva, Cicinum, Ricininum.
  - Seſami, dicitur Seſaminum.
  - Sinapi.
  - Ex Uvarum acinis.

OLEVM

### OLEVM LAVRINVM, *MES.*

℞ Baccarum Lauri maturarum & recentiũ q. ſ. contundantur, & cum aquæ quantitate ſufficienti coquantur, donec pingue ſupernataverit, deinde exprimatur torculari, & oleum ſupernatans aquæ ſeparetur ſ. a.

### OLEVM OLIVARVM COMMVNE.

Exprimitur ex Olivis maturis.

### OLEVM OLIVARVM OMPHACINVM.

Ex Olivis immaturis fit per expreſſionem.

### OLEVM EX VITELLIS OVORVM, *MES.*

℞ Vitellorum ovorum ad duritiem in aqua coctorum, & poſteà in vaſe vitreato ad lentum ignem probè calefactorum quantum vis. Cavendo ne inter calefaciendum adurantur, è quibus deinde prælo exprimatur oleum.

Obſervandum, quod ſi irrorentur aromatico & calido Vino dum caleſiunt & ſubiguntur, commodius elicietur oleum.

## OLEA SIMPLICIA PER INFVSIONEM VEL DECOCTIONEM.

### OLEVM ROSACEVM OMPHACINVM.

℞ Ólei Omphacini libram unam.
In qua infunde,
Roſarum rubr: immaturarum contuſarum uncias quatuor.

Pone in vaſe vitreo, vel vitreato, & diligenter obtura, & expone Soli per dies ſeptem, & quotidie agita, ita ut undiquaque incaleſcat: deinde leviter decoque in duplici vaſe: poſteà exprime & illas Roſas abjice, & ſecundò alias Roſas infunde, & ut prius expone Soli per dies ſeptem, rurſum decoque: iteretur infuſio Roſarum tertiâ vice, & decoquatur leviter ſecundùm artem, & reponatur oleũ & uſui ſervetur.

OLEVM ROSATVM COMPLETVM, *MES.*

Fit eodem modo, ex oleo dulci & maturo ſæpe loto, & Roſis rubris expanſis contuſis, & Soli expoſitis, & leviter decoctis in duplici vaſe, ita tamen ut tertia infuſio ſit per quadraginta dies; quibus peractis (ſi placet) reponatur oleum cum Roſis ſine expreſſione.

Eodem modo fiunt,

Oleum Abſinthites, ex comarum Abſinthii unciis quatuor & Olei libris tribus; ter repetendo comarum infuſionem, & ultimâ infuſione addendo Succi Abſinthii uncias quatuor, & coquendo leviter ad Succi conſumptionem.

Oleum Anethinum, ex olei completi libra una, florum & frondium Anethi unciis quatuor, cum triplici infuſione.

Oleum de Caſtoreo, ex Caſtorei uncia una, olei libra una, Vini q. ſ. coctis ad Vini conſumptionem.

Oleum Chamæmelinum, ex oleo completo & floribus q. ſ. per 40 dies inſolentur.

Eodem modo & oleum è Meliloti Summitatibus.

Oleum Cheirinum, ex floribus Leucoii Lutei i. Keiri, & oleo veteri claro, ut oleum Anethinum.

Oleum Cydoneorum, ex carnis immaturæ cum cortice, & Succi Cydoniorum, ana unciis ſex. Olei omphacini libris tribus. Inſolentur in vaſe vitreo per dies quindecim: tum coque vaſe duplici per horas quatuor: poſt fiat permutatio carnis & ſucci eorum ter: demùm cola, & reconde.

Oleum Enulatum, ex Enulæ radicum contuſarum, & Succi ejuſdem, & olei Amygdalarum, ana libra dimidia, Vini dulcis unciis tribus, coctis ad Vini conſumptionem.

Oleum Euphorbii, ex Euphorbii uncia dimidia, olei Cheirini, Vini odoriferi, ana unciis quinque, coctis in duplici vaſe ad Vini conſumptionem.

Oleum Formicarum *Nic*: ex Formicarum alatarum unc: ij: & olei unc: viij. maceratis, inſolatis per dies 40. excolatis, repoſitis.

OLEVM

## OLEVM HYPERICI.

℞ Summitatum Hyperici uncias quatuor: Macerentur in olei Olivarum veteris libra una, & Vini odoriferi unciis ſex, per triduum ad Solem vel in Balnei calore, & exprimantur: Eodem modo renovetur infuſio ſummitatum Hyperici ſecundâ & tertiâ vice: Ultima infuſio coquatur ad vini ferè conſumptionem, & exprimatur; Expreſſioni adde Terebinthinæ uncias tres, Croci ſcrupulum unum. Parum iterum coquatur & reponatur.

Oleum Jaſminum.
Ex floribus & oleo veteri claro, ut Roſaceum.

## OLEVM IRINVM.

℞ Radicum Iridis Flor: librâ unâ.
Florum Liliorum alborum libram dimidiam.
Aquæ cui incoctæ ſunt aliæ Iridis Flor: radices q. ſ.
Olei dulcis libras ſex.
In vaſe duplici coque, radices & flores recentes iterum immitte, prioribus expreſſis & abjectis, ut in oleo Roſato.

## OLEVM LVMBRICORVM.

℞ Lumbricorum terreſtrium libram dimidiam.
Probè laventur in vino, deinde adde
Olei Olivarum libras duas.
Vini uncias octo.
Coque in duplici vaſe ad Vini conſumptionem.

Oleum Sampſuchinum vel Majoranæ ſimplex, Ex herbæ unciis quatuor, infuſis in Vini unciis ſex, & olei libra una, cum inſolatione & duabus aliis infuſionibus repetitis, & tandem evaporatione Vini in Balneo.

## OLEVM MASTICHINVM

℞ Olei Roſati Omphacini libram unam.
Maſtiches uncias tres.
Vini odoriferi uncias quatuor.
omnia in vaſe vitreato impoſita, coquantur in duplici vaſe ad Vini conſumptionem.

Oleum Menthæ. Ex herbis & oleo Omphacino, ut Roſaceum.

Oleum Myrtillorum, ex Baccarum Myrtillorum confractarũ & vino adſtringente aſperſarum libra

libra una (ut Myrtinum è foliis)
Olei Omphacini libris tribus.
Macerentur & inſolentur per octiduum; dein coquantur & repetatur tertiò Baccarum nova infuſio, & inſolatio, & coctio in vaſe duplici: tum exprimatur Oleum & reſervetur uſui.

## OLEUM MYRRHÆ.

Aliquot ova recentia coquantur donec induruerint, per mediam longitudinem incidantur, vitelli eximantur, cavitates Myrrhâ tritâ ad medietatem impleantur; & denuò conjungantur albumina, filoque parum conſtringantur, & craticulæ inter duas paropſides collocandæ ſuperponantur. Tum in cella vinaria, vel alio loco ſubterraneo & humido ponantur. Sic enim Myrrhæ liquatus humor in paropſidem inferiorem deſtillabit.

Oleum Narciſſinũ, Ex floribus & oleo, ut Roſaceum.

Oleum Nardinum ſimplex, Ex
Spicæ Nardi unciis tribus.
Olei dulcis libra una ſemis.
Vini, & aquæ, ana unciis duabus cum ſemiſſe, coctis in duplici vaſe ad humoris cõſumptionem.

Oleum Nenupharinum, ex
Olei Omphacini libra una.
Florum Nymphææ alb: recent: unciis quatuor, ter repetitis, ut in oleo Roſato.

Oleum Papaveris, ex floribus, capitibus, & foliis Papaveris ſativi, & oleo Omphacino, ut Anethinum.

Oleum Rutaceum ſimplex, ex herbis contuſis & oleo maturo, ut Roſatum.

Oleum Sabinæ eodem modo fit ut Roſaceum.

Oleum Sambucinum, ex floribus & oleo, ut Roſatum.

Oleum Scorpionum ſimplex, ex Scorpionibus numero triginta.
Olei Amygdalarum amararum libris duabus.
Macerentur per dies quadraginta loco calido, in vaſe vitreo inſolentur, colentur, reponantur.

Oleum *Sicyonium*, ex radicum Cucumeris agreſtis, & ſucci ejuſdem, ana unciis ſex.

 Olei

Olei Olivarum maturarum libra una, coctis in duplici vaſe ad ſucci conſumptionem.

Oleum Solani, ex baccarũ Solani maturarum unciis quatuor, coctarum in olei libra una.

Oleum de Styrace, ex olei Olivarũ libra una.
Styracis unciis tribus.

Vini q. ſ. coque poſt ſufficientem macerationem ad vini conſumptionem.

Oleum Verbenaceum, ex herba & oleo, ut oleum Menthæ.

Oleum Violaceum, ex oleo Olivarum Omphacino, & floribus Violarum, ut Roſatum.

# OLEA COMPOSITA.

## OLEUM APARICII BENEDICTUM. Hier. Fabr. ab Aq. pentateuch. l. 2. c. 7.

℞ Olei vetuſtiſſimi uncias tres.
Terebinthinæ puræ uncias octo.
Tritici puri ſeſquiunciam.
Flor: Hyperici uncias duas.
Rad: Cardui Benedicti.
Valerianæ, ana unciam.
Thuris pulverizati uncias duas.
Radices & herbæ craſſo modo contundantur, in olla ponantur, tantum Vini albi ſuperfundatur, ut Vino mergantur omnia: factâ per biduum infuſione, Oleum & Triticum adjiciuntur, & coquuntur omnia ad Vini conſumptionem. Factâ forti expreſſione additur Terebinthina & Thus; ſinuntur parum bullire iterum; ſervantur vaſe vitreo.

## OLEUM DE CAPPARIBUS.

℞ Corticum Radicum Capparum unciam unam.
Cortic. Tamariſci,
Folior. Tamariſci,
Sem: Agni Caſti,
Cetrach ſive Aſpleni,
Rad: Cyperi, an: drachmas duas.
Rutæ drachmam unam.
Olei Olivarum maturi libram unam.
Aceti albi fortis,
Vini albi, ana uncias duas.
Trita & macerata aliquandiu, leviter coquantur in duplici vaſe uſque ad conſumptionem Vini & Aceti: exprimantur, colentur, reponantur.

OLEUM

## OLEUM DE CASTOREO *IACOBI* de *MANLIIS.*

℞ Caſtorei,
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Caſiæ ligneæ,
Croci,
Opopanacis,
Carpobalſami, ſive Cubebarũ,
Spicæ Nardi,
Coſti, ana drachmas duas.
Cyperi,
Schœnanthûs,
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri, ana drachmas duas ſemis.
Olei libras tres.
Vini Hiſpanici libras duas.

Galbanum, & Opopanax in Vino ſeorſim diſſolvantur, deinde reliqua omnia contuſa, cum oleo & vino coquantur in duplici vaſe, poſteà colentur, ac diſſolutum expreſſúmq; Galbanum cum Opopanace, oleo affundantur, & iterum coquantur, ſæpiùs miſcendo, ut Galbanum & Opopanax in vaſis fundo ſubſidentia oleo commiſceantur. Styrax autem per ſe diſſolvatur in vino. Adde poſteà Terebinthinæ drachmam unam ſemis, quò meliùs Styrax oleo commiſceri poſſit.

## OLEUM COSTINUM, *MES.*

℞ Coſti amari uncias duas.
Caſiæ ligneæ unciam unam.
Summitatum Sampſuchi uncias octo.

Trita macerentur biduo in Vini q. ſ. deinde cum olei olivarum Vino loti libris tribus coquantur in duplici vaſe ad conſumptionem Vini ſ. a.

## OLEUM CROCINUM, *MES.*

℞ Croci unciam unam.
Myrrhæ puræ unciam dimidiam.
Cardamomi drachmas novem.
Calami aromatici unciam unã.

Infundantur omnia in aceto, (præter Cardamomũ) diebus quinque, ſexto projiciatur ſuper ea Cardamomum, & ſtent ſimul per diem unum: mane ſequenti adde libram unam ſemis olei, & coquantur lento igne ad aceti conſumptioné ſecundùm artem. Sunt qui ponunt Vinum loco Aceti.

## OLEUM DE EUPHORBIO, COMPOS. *NIC:*

℞ Staphidis agriæ,
Struthii, yel Saponariæ, ana unciam

ciam dimidiam.
Pyrethri drachmas ſex.
Calaminthes montanæ ſiccæ unciam unam ſemis.
Coſti drachmas decem.
Caſtorei drachmas quinque.
Trita, triduoque macerata in Vini odori libris tribus ſemis coquantur cum olei Leucoii lutei libra una ſemis, ad Vini ferè conſumptionem, tunc inſperge
Euphorbii recentis & albi tenuiſſimè triti unciam dimidiam, & miſcendo coque ad perfectionem.

## OLEVM EXCESTRENSE vulgò EXCETER dictum.

℞ Folior: Abſinthii,
Centaurii minoris,
Eupatorii,
Fœniculi,
Hyſſopi,
Lauri,
Majoranæ,
Meliſſæ,
Nepetæ,
Pulegii,
Sabinæ,
Salviæ,
Thymi,
Flor: Chamæmeli,
Geniſtæ,
Liliorum alborum,
Sambuci,
Sem: Cymini,
Fœnugræci,
Radicum Hellebori albi,
nigri,
Corticum Fraxini,
Limonū, ana uncias quatuor.
Foliorum Abrotoni,
Betonicæ,
Iuæ arthriticæ, i. Chamæpityos,
Lavendulæ, ana uncias ſex.
Roriſmarini libram unam.
Euphorbii,
Sinapeos,
Caſtorii,
Pyrethri, ana unciam unam.
Olei libras ſedecim.
Vini libras tres.

Contuſis herbis, floribus & ſeminibus, & Euphorbio, & inciſis radicibus, corticibus & Caſtorio affuſis Vino & Oleo, ſtent per duodecim horas ad Balnei calorem, poſteà coquantur igne lento ad Vini & humoris conſumptionem; Coletur & ſervetur uſui Oleum.

## OLEVM HYRVNDINVM.

℞ Hirundinum integrarum numero ſedecim.

Cha-

Chamæmeli,
Rutæ,
Plantaginis majoris,
minoris,
Folior: Lauri,
Pulegii,
Anethi,
Hyſſopi,
Roriſmarini,
Salviæ,
Hyperici,
Balſamitæ, ana manipulum unum.
Olei communis libras quatuor.
Vini Hiſpanici libram unam.
Confice ſ. a. Si vero tantum Butyri Majalis accipiatur quantum olei, & prædicta cum eo coquantur, Unguenti & nomen, & conſiſtentiam acquiret.

## OLEVM HYPERICI COMP: ſeu BALSAMVM MAGISTRALE FLORENT:

℞ Vini albi potentis libras tres.
Summit: Hyperici maturarum manipulos quatuor.
Tere, Macera in vaſe vitreo, obturato ejus orificio per duos dies, coque in duplici vaſe, & fortiter exprime; in Colaturam injice alios flores, ut dictum eſt, & tertiò idem facito, dein colato, & ad ſingulas colaturæ libras, adde
Olei veteris libras quatuor.
Terebinthinæ uncias ſex.
Olei Abſinthii uncias tres.
Dictamni,
Gentianæ,
Cardui benedicti,
Tormentillæ,
Carlinæ, vel Cardui Mariæ,
Calami aromatici, ana drachmas duas.
Lumbricorum pluries in Vino lotorum uncias duas.
Terantur craſſiuſculè terenda, & inſolentur triginta aut quadraginta diebus, & benè obturatum reponas.

## OLEVM IRINVM COMPOSIT: *NICOL: ALEX.*

℞ Olei veteris libras quindecim.
Aquæ libras quatuor & dimidiam.
Radic: Iridis Flor: libras tres & uncias quatuor.
Flor: Liliorum alborum uncias quindecim.
Radic: Cyperi recentium uncias ſex.
Helenii uncias tres.
Anchuſæ uncias duas.
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,

Aſæ

Aſæ odoratæ, ſeu Benzoini, ana unciam unam.

Contundantur radices & aliæ ſpecies, & macerentur in oleo & aqua diebus quinque ad Solem vel loco calido, poſteà in duplici vaſe coquito, donec aqua conſumpta fuerit, refrigeſcere ſinito, colato, exprimito, & reponito.

## OLEVM MAJORANÆ SEV SAMPSVCHI COMPOS: *ACTVARII.*

℞ Foliorum Sampſuchi manipul. quatuor.
Serpylli manipul. duos.
Fol: Myrti vel Baccarum manipulum unum.
Abrotoni,
Siſymbrii ſeu Méthæ aquaticæ, ana manipul. dimidium.
Caſiæ ligneæ veræ uncias duas.
Olei Omphacini libras tres.

Concidantur & contundantur omnia, ac imponantur in vitrum, ac Oleum affundatur: tum obſtructo vaſis orificio, macerentur ad Solem, vel in æſtuario diebus octo. Tandem exprimantur, & oleo expreſſo infundantur recentes ſpecies, quod tertiò eſt repetendum.

## OLEVM MANDRAGORÆ, *NICOLAI.*

℞ Olei communis libras duas.
Succi Pomorum Mandragoræ, vel (ejus defectu) foliorum uncias quatuor.
Succi Hyoſciami albi, uncias duas.
Succi capitum Papaveris nigri, uncias tres.
Succi Violarum,
Cicutæ, ana unciam unā.
Opii,
Styracis Calamitæ, ana unciam dimidiam.

Succi cum oleo decem diebus ad ſolem macerentur, deinde coquantur in duplici vaſe ad ſuccorum conſumptionem; Cola; Opium diſſolvatur in ſuccis, & Styrax diſſolvatur cum modico Terebinthinæ, probè miſce ſ. a.

## OLEVM MOSCHELINVM.

℞ Nuces Moſchatas numero duas.
Moſchi drachmam unam.
Folii, ſeu Macis,
Spicæ Nardi,
Coſti,
Maſtiches, ana drachmas ſex.
Styracis Calamitæ,
Caſiæ Ligneæ,

Myrrhæ

Myrrhæ,
Croci,
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Bdellii, ana drachmas duas.
Olei puri libras tres.
Vini generoſi uncias tres.

Terenda ex arte trita, atque confusè miſta, bulliant ad Vini diſſipationem. Percolatum oleum uſui reſervetur.

OLEVM NARDINVM, *MES.*

℞ Spicæ Nardi uncias tres.
Sampſuchi uncias duas.
Xyloaloes,
Enulæ,
Folii Indi vel Macis,
Calami aromatici,
Folior: Lauri,
Cyperi,
Schœnanthûs,
Cardamomi, ana unciam unam ſemis.

Craſſiuſculè terantur, deinde in Vini & Aquæ ana unciis quatuordecim, & olei Seſamini, vel olivarum libris quatuor ſemis macerentur per horas viginti quatuor, deinde coque in vaſe duplici igne lento horis ſex, perſæpè movendo.

OLEVM NICODEMI
Fallop. mat: med: in prim: Dioſcorid. c. 19.

℞ Sem: (ſeu ſummit:) Hyperici,
Terebinthinæ antiq: ana libram unam.
Lithargyri drachmas ſex.
Aloes hepaticæ,
Tutiæ Alex: ana drach: tres.
Croci unciam unam.
Vini albi optimi libras quatuor.
Olei antiqui libras duas.

Bulliant omnia ſimul in duplice vaſe, donec pars quarta conſumatur: demùm ſepeliantur in arena diebus Canicularibus per dies decem: poſteà per pannum candidũ cola, ſepara Vinum ab Oleo, & utrumque ſeparatim ſerva.

OLEVM NICOTIANÆ.

℞ Succi Peti, ſeu Nicotianæ,
Olei communis, ana libram unam.

Macerentur, & coquantur ad ſucci conſumptionem.

OLEVM

## OLEVM DE PIPERIBVS, *MES.*

℞ Piperis longi,
nigri,
albi, ana drachmas tres.
Myrobal: Chebularum,
Belliricarum,
Emblicarum,
Indarũ, ana drachmas quinque.
Radic: Apii,
Fœniculi, ana drachmas tres ſemis.
Sagapeni,
Opopanacis,
Ammoniaci,
Hyoſcyami albi, ana drachmas duas ſemis.
Turpeti drachmas duas.
Zingiberis drachmas tres.
Surculorum Thymi recentium,
Rutæ viridis, ana manipulum unum.

Macerentur ſecundùm artem in ſ. q. Aquæ vitæ & olei Cheirini libris duabus, deinde coque ad conſumptionem Aquæ vitæ.

## OLEVM POPVLEVM, *NICOL.*

℞ Gemmarum Populi recent: libras tres.
Vini libras quatuor.
Olei com: libras ſeptem uncias duas.

Terantur diù Gemmæ Populi; diebus ſeptem in Oleo & Vino macerentur; demùm coquantur vaſe duplici ad Vini conſumptionem: ſi ſecundò & tertiò, eſt efficacius. Tandem exprimatur oleum & reponatur.

## OLEVM VULPINVM, *MES.*

℞ Vulpem (quâ fieri poteſt) pinguem, ætatis mediæ, venatu defatigatam, recenterque occiſam, mox & exenteratam, detractâque pelle, necnon oſſibus diligenter confractis, in partes plures conſciſſam. Decoque in
Vini albi &
Aquæ Fontanæ ana libris ſex.

Ad medietatem uſque, nec ſine diligenti deſpumatione in cocturæ principio: tùm demùm admiſce
Olei antiqui dulciſſimi libras quatuor.
Salis communis uncias tres.
Florum Salviæ,
Thymi, ana libram unam.

Procedatq; coctio ad totius aquæ ferè conſumptionem, mox affundantur

Aquæ impregnatæ,
(Anethi,
Thymi, ana manipulo uno pleno incocto,) libræ octo
Denuò invicem coquantur omnia lento igne ad conſumptionem aquæ: Oleumque ab aquoſitate poſt colaturam, infundibulo ſeparatum, uſui reſervetur.

VNG-

# VNGVENTA SIMPLICIORA.

## UNGVENTVM ALBVM, *RHASIS*.

℞ Olei Roſacei uncias novem.
Ceruſſæ bonæ in aqua Roſarũ lotæ uncias tres.
Ceræ albæ uncias duas.
Fiat Unguentum ſecundùm arté.
Adde Camphoræ drachmas duas, & erit Camphoratum.

## UNGVENTVM ÆGYPTIACVM, *MES*.

℞ Æruginis drachmas quinque.
Mellis drachmas quatuordecim.
Aceti fortis drachmas ſeptem.
Coquantur omnia ſimul, donec fiat Unguentum ſpiſſum & colore ſubrubeum.

## UNGVENTVM ANODYNVM, EX *CORDO*.

℞ Olei Liliorum alborum uncias ſex.
Anethini,
Chamæmelini, ana uncias duas.
Amygdalarum dulcium unciã unam.
Pinguedinis Anatis,
Gallinæ, ana uncias duas.
Ceræ albæ uncias tres.
Miſce ſecundùm artem.

## UNGVENTVM SIVE LINIMENTVM *ARCEI*. l.1.c.4.

℞ Gummi Elemni,
Terebinthinæ Abietinæ, ana unciam unam ſemis.

Sevi Vervecini antiqui,
& liquefacti, uncias duas.
Pinguedinis Porcinæ,
antiquæ, & liquefactæ,
unciam unam.
Miſce, fiat Unguentum ſ. a.

UNGUENTUM AUREUM.
*MES.*

℞ Ceræ Citrinæ libram dimidiam.
Olei libras duas ſemis.
Terebinthinæ uncias duas.
Reſinæ pineæ,
Colophoniæ, ana unciam unā ſemis.
Thuris,
Maſtiches ana unciam unam.
Croci drachmam unam.
Confice ſecundùm artem.

UNGUENTUM BASILICON MAJUS, *MES.*

℞ Ceræ albæ,
Reſinæ Pini,
Sevi Vaccini,
Picis Græcæ,
Terebinthinæ,
Olibani,
Myrrhæ, ana unciam unam.
Olei libram unam, aut quantitatem ſufficientem.
Miſce, fiat Unguentum.

UNGUENTUM BASILICON MINUS, SEU TETRAPHARMACUM.
*MES.*

℞ Ceræ flavæ,
Reſinæ pinguis,
Picis Græcæ, ana libram dimidiam.
Olei libras duas, uncias quatuor.
His duntaxat liquatis & permixtis fiat Unguentum juſtæ conſiſtentiæ.

UNGUENTUM ex BDELLIO.
*MES.*

℞ Bdellii drachmas ſex.
Euphorbii,
Sagapeni, ana drachmas quatuor.
Caſtorei drachmas tres.
Ceræ drachmas quindecim.
Olei Sambucini, vel Cheirini drachmas decem.
Bdellium & Sagapenum in aq: Rutæ agreſtis diſſolvantur: cætera cum aq: calida uniantur.
Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGVENTVM DE CALCE. *FOESII.*

℞ Calcis ſepties ſaltem ablutæ ſelibram.
Olei Roſati libram.
Agitentur probè in mortario plumbeo, adde Ceræ tres uncias.

## UNGVENTVM DIALTHÆÆ SIMPLEX, *NICOLAI.*

℞ Radic: Althææ recentium & contuſarum libras duas.
Sem: Lini,
Fœnugræci contuſorum, ana libram unam.
Macerentur in aquæ libris octo. Deinde leviter coquantur, & exprimatur Mucilago, cujus
℞ Libras duas, & Olei libras quatuor.
Bulliant ſimul, dum Mucilago ſit abſumpta, ac tum adde
Ceræ libram unam.
Reſinæ libram dimidiam.
Terebinthinæ uncias duas.
Percoquantur in Unguenti conſiſtentiam.

## UNGVENTVM DIALTHÆÆ COMPOSITVM, *NICOLAI.*

℞ Radic: Althææ libras duas.
Sem: Lini,
Fœnugræci, ana librā unam.
Scillæ pulpæ libram dimidiam.
Olei libras quatuor.
Ceræ libram unam,
Terebinthinæ,
Gum: Hederæ,
Galbani, ana uncias duas.
Colophoniæ,
Reſinæ, ana libram dimidiam.
Radices benè abluantur & terantur; ſimiliter Fœnugrecum, Sem: Lini & Scilla, & cum benè trita fuerint, poſteà in libris octo aquæ per tres dies macerentur, quarto die ſuper ignem bulliant, & extrahatur Mucilago, cujus.
℞ Libras duas: & cum oleo ſimul bulliant ad ſucci conſumptionem. Poſteà addantur, Cera, Reſina, & Colophonia, quæ cum liquefacta fuerint, adde Terebinthinam, poſteà Galbanum, & Gum: Hederæ in aceto diſſoluta.
Coque parumper, & ab igne removeatur, tamdiù agitando donec infrigeſcat, & ut benè incorporentur omnia.

## UNGVENTVM ENVLATVM.

℞ Rad: Enulæ, dum emolleſcant in aceto coctarum, tritarum,

tarum, cretarum, libram unam.

Axungiæ Porcinæ, vet: ſalitæ, libram unam.

Olei communis uncias quatuor.

Ceræ novæ uncias duas.

Salis communis unciam unam.

Hydrargyri ſalivâ vel ſuc: limo: extincti,

Terebinthinæ reſiduo coct: Enulæ lotæ, ana uncias duas.

Simul Axungia, Cera, & Oleum liquefiant. His adde pulpam Enulæ, & Salem pulverizatum: tandem Hydrargyrum cum Terebinthina, & pauca Axungia in mortario agitatione multâ re-extinctū. Fiat unguentum ſ. a.

Parari etiam debet ſine Mercurio.

## UNGVENTVM DIAPOMPHOLYGOS NIHILI, *NICOLAI.*

℞ Olei Roſacei uncias ſedecim.

Succi Solani uncias ſex.

Bulliant ad Succi conſumptionem, adde

Ceræ albæ uncias quinque.

Ceruſſæ lotæ uncias duas.

Plumbi uſti & loti,

Pompholygos præparatæ,

Thuris puri, ana unciam unam.

Redigantur in Unguenti formam ſecundùm artem.

## UNGVENTVM REFRIGERANS, *GALENI.*

Ceratum etiam dicitur.

℞ Ceræ albæ uncias quatuor.

Olei Roſati Omphacini libram unam.

Liquentur in duplici vaſe, & tranſfuſa in vas aliud, ſenſim affuſâ aquâ frigidiſſimâ, ac ſubinde mutatâ, diù ſubigantur donec albeſcant, poſtremò lavabis in Aqua Roſarum, & addes

Aceti Roſacei & aq: Roſaceæ parùm.

## UNGVENTVM DE MINIO ſeu RVBRVM CAMPHORATVM.

℞ Olei Roſacei libram unam ſemis.

Minii uncias tres,

Lithargyri uncias duas,

Ceruſſæ ſeſquiunciam,

Tutiæ drachmas tres,

Camphoræ drachmas duas,

Ceræ in æſtate uncias duas, in Hyeme unciam unam.

Fiat Unguentum in pila plumbea cum piſtillo plumbeo; Cerâ priùs in oleo liquatâ ad lentum ignem; poſteà reliquis adjectis tenuiſſimè tritis.

## UNGVENTVM NICOTIANÆ ſeu PETI, *IOVBERTI.*

℞ Folior: Nicotianæ libras duas.
Axungiæ Porcinæ recentis diligenter lotæ libram unam.
Herba trita maceretur per noctē in Vino rubro; manè bulliat igne lento cum Axungia ad Vini conſumptionem, Cola, & colaturæ adde
Succi Nicotianæ depurati libram dimidiam.
Reſinæ abiegnæ uncias quatuor.
Coquantur ad ſucci conſumptionem, addendo circa finem,
Radic: Ariſtolochiæ rotundæ pulveriſatæ uncias duas.
Ceræ novæ q. ſ. fiat Ung.

## NVTRITVM ſeu CRVDVM, ſeu è LITHARGYRO, ſeu TRIPHARMACVM, *MES.*

℞ Lithargyri auri tenuiſſimè lævigati libram dimidiam.
Olei Roſati libram unam.
Aceti uncias quatuor.
Affunde viciſſim modò Oleum, modò Acetum, & agita in mortario tamdiù donec totum liquorem ebiberit Lithargyrus. Fiatque conſiſtentia Unguenti albidi.

## UNGVENTVM OPHTHALMICVM, *RENODÆI.*

℞ Boli Armeni in aqua Roſarum loti unciam unam.
Lapidis Calaminaris in aqua Euphragiæ abluti,
Tutiæ præparatæ, ana drachmas duas.
Margaritarum tenuiſſimè lævigatarum drachmam dimidiam.
Caphuræ ſcrupulum dimidiū.
Opii grana quinque.
Unguenti Roſacei uncias quinque. Et Olei Roſacei q. ſ.
Fiat Unguentum ſ. a.

## LINIMENTVM GVIL: PLACENTINI SIMPLEX.

℞ Ceruſæ lotæ uncias octo.
Ceræ albæ uncias ſeptem.
Lythargyri loti,
Succi Solani, ana uncias quinque.
Thuris pulveriſati drachmas decem
Olei Roſacei pluries in aqua ſimplice loti libras duas.
Miſce, fiat Linimentum.

## UNGUENTUM è PLUMBO, *FOES.*

℞ Plumbi uſti cum Sulphure,
Lythargyri, ana uncias duas.
Ceruſæ,
Antimonii, ana unciam unam.
Olei Roſati q. ſ.
Fiat Unguentum.
Elimatam Plumbi ſcobem in olla Sulphure exurito.

## POMATUM SEUUM CONFECTUM. Amat: Luſitan: ſine Speciebus.

℞ Adipis Cervini, vel Hædini ad renes, libras duas.
Pinguedinis Suillæ recentis libram ſemis.
Pomorum Camuſiorũ mund: inciſ: numero octo,
Pinguedines membranis purgatas Vino albo abluito, panno lineo exprimito; in olla vitreata aquâ Roſaceâ ſemiplena infundito, prunis lenibus admoveto, bacillis agitato, fervere permittito, aquoſitas dum ferè conſumatur. Reſiduum in vaſe fictili Roſaceâ inſperſo per rarum linteum percolato. Colatis addito
Olei Amygdalarum dulcium uncias ſex.
Ceræ albæ uncias quatuor.
Ad ignem liquefacta recolato; Roſaceâ abluta reſervato.

## UNGUENTUM POTABILE EX *FOES.*

℞ Butyri recentis ſine ſale libram unam ſemis.
Rubiæ tinctorum,
Caſtorei,
Spermatis Ceti,
Radic: Tormentillæ, ana unciã dimidiam.
Bulliant ſimul in Vini odorati q. ſ. ad Vini conſumptionem, & fiat Unguentum.

## UNGUENTUM AD PRURITUM SCABIOSORUM, *RENODÆI.*

℞ Axungiæ Suillæ in ſucco Scabioſæ ſæpiùs lotæ libram dimidiam.
Radicis Oxylapathi in aceto ad putrilaginem coctæ, & per ſetaceum trajectæ,
Sulphuris in ſucco Limonum abluti, ana unciam unã ſemis.
Unguenti Populnei in ſucco Enulæ nutriti unciam dimidiam.
Omnibus in mortario ſubactis fiat Unguentum ſ. a.

VNG-

UNGVENTVM ROSATVM, *MES.*

℞ Axungiæ Porcinæ, membranis expurgatæ, libram unam, lavetur novies aquâ calidâ, & deinde toties aquâ frigidâ, deinde additâ
Roſarum rubrarum recentium contuſarum librâ unâ,
ſinatur marceſcere per dies ſeptem, deinde coquatur lento igne & coletur: rurſus cum pari admiſtione Roſarum recentium contuſarum totidem dies marceſcat: tum coquatur & coletur ut antè, tandem affunde ſucci roſarum rubrarum uncias ſex.
Coque igne lento ad ſucci conſumptionem:coletur:fiat Unguentum ſecundùm artem.

UNGVENTVM RVBRVM DESICCATIVUM. *NICOLAI.*

℞ Olei Roſati Omphacini libram unam ſemis.
Ceræ albæ uncias quinque.
Liquatis inſperge, in plumbeo mortario
Terræ Lemniæ, vel Boli Armeni,
Lapidis Calaminaris, tritorum exquiſitè, ana uncias quatuor.
Lithargyri auri,
Ceruſſæ, ana uncias tres.
Caphuræ drachmam unam.
Fiat Unguentum ſ. a.

UNGVENTVM TVTIÆ VULGARE.

℞ Tutiæ præparatæ uncias duas.
Lapidis Calaminaris ſæpiùs uſti, & in aqua Plantaginis extincti unciam unam.
Pulveriſentur tenuiſſimè, & cum Axungiæ Porcinæ ſæpiùs in aqua roſacea lotæ libra una ſemis
Fiat Unguentum.
Paratur etiam cum Unguento roſaceo, loco Axungiæ.

UNGVENTA MAGIS COMPOSITA.

UNGVENTVM ADSTRINGENS, *FERNELII.*

℞ Olei roſati in aqua aluminoſa ſæpiùs loti libram unam ſemis.
Ceræ albæ uncias quatuor.

Gallarum immaturarum,
Nucum cupreſſi,
Baccarum Myrti,
Balauſtiorum,
Malicorii,
Corticorum glandium,
Acaciæ,
Rhois,
Maſtiches, ana unciam unam:

Omnia exquiſitiſſimè trita macerentur in ſuccis Meſpilorum & Sorborum immaturorum per dies quatuor, deinde ſiccentur igne non acri, ſicque cum oleo & cera fiat Unguentum ſecundùm artem.

### UNGVENTVM AGRIPPÆ, *NICOLAI.*

℞ Radic: Bryoniæ libras duas.
Radic: Cucumeris Agreſtis libram unam.
Scillæ laminarum libram dimidiam.
Radic: Ireos recentis uncias tres.
Radic: Filicis maris.
Ebuli,
Tribuli aquatici, vel Ari ana uncias duas.

Tuſa omnia recentia macerentur diebus ſex vel octo in olei albiſſimi non rancidi libris quatuor.

Coquantur deinde igne lento, donec radices incipiant marceſcere, poſtea exprimantur, & in expreſſo oleo, Ceræ albiſſimæ unciæ quindecim liquefiant, & reducantur in Unguenti conſiſtentiam.

### UNGVENTVM DE ALABASTRO. BEN: VICT: FAVENT:

℞ Succi Chamæmeli uncias quatuor.
Succi { Roſarum rubrarum uncias duas.
Rutæ recentis.
Betonicæ, ana unciam unam ſemis. }
Succi Radic: Althææ uncias duas.
Olei Roſacei Omphacini librã unam ſemis.
Alabaſtri puri ſubtiliſſimè pulveriſati uncias tres.

Infundantur per noctem, deinde coquantur ad ſuccorum conſumptionem, & cum Ceræ albæ unciis ſex fiat Unguentum ſecundùm artem.

### UNGVENTVM APOSTOLORVM, *AVICENNÆ.*

℞ Terebinthinæ,
Reſinæ,
Ceræ albæ,
Ammoniaci, ana drachmas quatuordecim.
Radic: Ariſtolochiæ longæ,

Thuris

Thuris maſculi,
Bdellii, ana drachmas ſex.
Myrrhæ,
Galbani, ana unciam dimidiam.
Opopanacis,
Floris æris, ana drachmas duas.
Lithargyri drachmas novem.
Olei (ſi æſtas fuerit) libras duas,
(Sin Hyems) libras tres.
Aceti q. ſ. ad Ammoniacum, Opopanacem, & Galbanũ diſſolvenda.
Confice ſecundùm artem.

UNGVENTVM AREGON, ADJVTORIVM.
*NICOLAI.*

℞ Roriſmarini,
Majoranæ,
Serpyllii,
Rutæ,
Radic: Ari,
Radic: Cucumeris Agreſtis, ana uncias quatuor ſemis.
Fol: Lauri,
Salviæ,
Sabinæ,
Radic: Bryoniæ,
Pulicariæ, i. Conyzæ majoris & minoris, (& in defectu minoris accipe duplum majoris) ana uncias quatuor.
Laureolæ uncias novem.
Fol: Cucumeris Aſinini,
Nepetæ, ana libram dimidiam.
Omnia Menſe Maio collecta & expurgata tundantur recentia, & macerentur diebus ſeptem in olei optimi libris ſex, affuſâ aquæ Vitæ librâ unâ: deinde coquantur dum contabeſcant, & dum conſumpta ſit aqua. Oleum percoletur, in quo liquentur,
Ceræ unciæ ſedecim.
Adipis Urſini,
Olei Laurini, ana unciæ tres.
Olei Moſchelini uncia dimidia.
Petrolei uncia una.
Butyri unciæ quatuor.
Coagitatis demùm hi pulveres inſpergantur,
Maſtiches,
Olibani, ana drachmæ ſeptem.
Pyrethri,
Euphorbii,
Zingiberis,
Piperis, ana uncia una.
Omnia in Vnguenti formam redigantur ſecundùm artem.

UNGVENTVM è SVCCIS APERITIVIS PRIMVM
*FOESII.*

℞ Succi Apii,
Endiviæ,
Menthæ,
Abſinthii,
Petroſelini vulgaris,
Valerianæ, ana uncias tres.
Olei Abſinthii,
Menthæ, ana librã dimidiã.

Ceræ Citrinæ uncias tres.
Miſce, & ad ignem fiat Unguentū
Additur quandoq; Pulveris
Calami Aromatici,
Spicæ Nardi, ana drachma una.
Olea Capparum aliquid.

## UNGVENTVM APERITIVUM SECVNDVM.
*FOESII.*

℞ Succi Ebuli uncias octo.
Apii,
Petroſelini, ana uncias quatuor.
Succi Abſinthii,
Ireos, ana uncias quinque.
Olei communis libram dimidiam.
Olei Liliorum alborum uncias decem.
Olei Abſinthii,
Chamæmelini, ana uncias ſex.
Pingued: Anatis,
Gallinæ, ana uncias duas.

Coquantur omnia ſimul ad conſumptionem Succorum; poſteà colentur, & cum Ceræ albæ unciis ſeptem, & pauxillo Aceti paretur Vnguentum ſ. a.

## UNGVENTVM DE ARTANITA MAJVS, *MES.*

℞ Succi Artanitæ, id eſt, Cyclaminis, vel ejus defectu decocti radicum fortis libras tres.
Succi Cucumeris agreſtis;
Butyri vaccini, ana librá unam.
Olei Irini libras duas.
Pulpæ Colocynthidos uncias quatuor.
Polypodii uncias ſex.
Euphorbii unciam dimidiam.

Contundenda terantur, & macerentur in ſuccis, & oleis per dies octo in vaſe vitreato bene obturato: poſteà coquantur in duplici vaſe ad ſuccorum ferè conſumptionem: Cola, colaturæ adde
Ceræ uncias quinque,
Fellis Taurini drachmas ſeptem ſemis.

Ferveſiant ſimul, donec Cera liqueſcat, & adde
Sagapeni drachmas ſeptem ſemis.
Myrrhæ drachmas tres.

In aceto diſſoluta agitentur ſimul, donec parùm infrigeſcant, & tunc inſperge paulatim pulverem ſubſequentium medicamentorum ſimul mixtorum,
Scammonii,
Aloes,
Colocynthidos,
Mezeræi foliorum, vel baccarū,
Turpeti, ana drachmas ſeptem ſemis.
Salis gemmæ drachmas quatuor ſemis.
Euphorbii.
Piperis longi,
Zingiberis,

Zingiberis,
Chamæmeli, ana drachmas tres.
Miſce, fiat Unguentum ſ. a.

### UNGVENTVM CATAPSORAS.

℞ Ceruſſæ, in aqua Portulacæ priùs lotæ, deinde in aceto, radicum Raphani ſylveſtris infuſarum ſuccis impregnato, & ab iiſdem expreſſo:
Lapidis Calaminaris,
Chalciteos, ana drachmas ſex.
Lithargyri plumbi uncias duas.
Plumbi uſti,
Sanguinis Hirci ana ſemunciam.
Argenti vivi ſublimati unciam unam.
Succor: Semper vivi,
Solatri,
Plantaginis, ana uncias duas.
Axungiæ Porcinæ à pelliculis mundatæ libras tres.
Oleorum Violarum,
Papaveris,
Mandragoræ, ana unciam unam.
Miſceantur, & benè incorporentur priùs Sublimatum & Axungia, deinde addantur Olea cum Succis, & poſtremò pulveres, ut ex omnibus diligenter invicem commiſtis, fiat ſ. a. Unguentum.

### UNGVENTVM CITRINVM SEU CITRIVM.
*NICOLAI.*

℞ Boracis unciam unam.
Caphuræ drachmam unam.
Corallii albi unciam dimidiam.
Amenti vel Gypſi, vel Aluminis plumoſi unciam unam.
Umbilici marini, ſeu belirici,
Tragacanthæ albiſs.
Amyli, ana drachmas tres.
Cryſtalli,
Entalis,
Dentalis,
Olibani, i. Thuris albiſs:
Nitri,
Marmoris albi, ana drachmas duas,
Gerſæ Serpent: ex radic: Dracuntii factæ unciam unam.
Ceruſſæ vulgaris uncias ſex.
Adipis Suilli recentis, non ſaliti, mundi, libram unam ſemis.
Sevi Caprini præpar: unciam unam ſemis.
Adipis Gallinacei uncias duas ſemis.
Redigantur pulverizanda in pulverem ſubtiliſſimum ſ. a. plurima verò per ſe. Conficiatur Unguentum ſic: Adipem Suillum & Gallinaceum mundatum, immitte in ollam fictilem vitreatam ſtricti orificii, quibus imponantur Citria mala duo, mediæ magnitudinis; unà cum pulpa & ſucco interiori fruſtulatim inciſa: cooperiatur

riatur vas & collocetur in Balneo calido per dies ſeptem, deinde excolentur Citria, liquefactoque Sevo Caprino ſenſim inſpergantur pulveres, Caphura verò & Borax ultimò injicienda erunt, probè agitando donec Unguenti formam acquirat.

## UNGUENTUM COMITISSÆ VARIGNANÆ.

℞ Cortic: medianorum,
Glandium,
Caſtanearum,
Quercus arboris,
Fabarum,
Baccarum Myrti,
Caudæ Equinæ,
Gallarum,
Acinorum Uvarum,
Sorborum immatur: ſiccorum,
Meſpilorum immaturorũ ſicc:
Folior: Pruni ſylveſtris,
Radic: Biſtortæ,
Tormentillæ ana unciam unam ſemis.

Terantur craſſiuſculè & coquantur in Aquæ Plantaginis libris octo, donec pars media conſumpta fuerit, colentur deinde

℞ Ceræ citrinæ novæ uncias octo ſemis, diſſolve cum Olei Myrtini ſimplicis libris duabus ſemis, & lavetur novies cum decoctione prædicta, ſemper novâ decoctionem affundendo quotieſcunque laveris. Poſteà inſperge ſequentium, tenuiſſimũ pulverem.

℞ Corticum medianorum,
Glandium,
Caſtanearum,
Quercus arboris,
Gallarum, ana unciam unam,
Succi Hypociſtidos,
Cineris oſſium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorũ Uvarum immaturarũ.
Sorborum immat: ſiccorum, ana unciam dimidiam.
Trochiſcorum de Carabe uncias duas.

Miſce & cum prædicta Cera & Oleo Myrtino lotis, addendo Olei Maſtichini non loti q. ſ. fiat Unguentum bonæ conſiſtentiæ ſ. a.

## UNGUENTUM AD HÆMORRHOIDAS. NORIMB.

℞ Amyli albiſſ:
Ceruſſæ lotæ,
Lithargyri præparati,
Plumbi uſti,
Tragacanthæ, ana drachmam unam & dimidiam.
Opii Thebaici,
Camphoræ, ana ſcrupulũ unũ.
Albuminis ovi unius,
Olei Roſacei,
Violacei, ana unciam unam & dimidiam.
Ceræ q. ſ. fiat unguentum.

VNG-

UNGVENTUM HÆMORRHOIDALE SAXONIÆ, pag. 154.

℞ Mucilag: è ſemin: Pſyllii,
Cydoniorũ,
extractæ aquâ Solani, ana ſemunciam.
Olei Roſacei completi unciam.
Vitellum unius Ovi.
Agitentur ſimul in mortario plumbeo, piſtillo plumbeo, addendo Ceræ liquatæ parum.
Miſce, fiat Unguentum ſ. a.

UNGVENTUM LAURINUM VULGARE.

℞ Foliorum Lauri libram unam.
Baccarum Lauri libram dimidiam.
Foliorum Braſſicæ uncias quatuor.
Olei ex pedibus Bovinis libras quinque.
Sevi Bovini libras duas.
Contundantur herbæ, & baccæ, & coquantur cum oleo & ſevo ad humoris conſumptionem, & colentur.

UNGVENTUM MARTIATUM, *NICOLAI*.

℞ Folior: Lauri,
Roriſmarini, ana uncias octo.
Rutæ uncias ſeptem.
Fol: Tamariſci uncias ſex.
Ebuli,
Esbrii, vel Majoranæ,
Sabinæ,
Balſamitæ, vel Menthæ aquaticæ,
Salviæ,
Ocimi,
Polii montani,
Calaminthæ,
Artemiſiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Brancæ Urſinæ,
Spargulæ vel Aparines,
Herbæ venti, i. Anemones ſylveſtris, vel Parietariæ in ejus defectu.
Pimpinellæ, i. Sanguiſorbæ,
Agrimoniæ,
Abſinthii,
Herbæ Paralyſeos,
Herbæ ſanctæ Mariæ, i. Coſti hortenſis,
Cymarum Sambuci,
Craſſulæ majoris, Sempervivi minoris,
Sempervivi, i. Sedi majoris,
Millefolii,
Chamædryos,
Centaurii minoris,
Quinquenerviæ, i. Plantaginis majoris,
Fragariæ,
Tetrahit, vel ejus loco Virgæ aureæ,
Quinquefolii, ana uncias quatuor ſemis.

Radic: Althææ,
Sem: Cymini,
Myrrhæ, ana uncias tres.
Fœnugræci unciam unam ſemis.
Sem: Urticæ majoris,
Violarum,
Papaveris rubri, i. erratici,
Mentaſtri, ſeu Menthæ agreſtis,
Menthæ ſativæ,
Acetoſæ,
Polytrichi, i. Adianthi albi,
Carduncelli, i. Cardui benedicti,
Matriſylvæ, i. Periclymeni,
Maturellæ, i. Valerianæ majoris.
Herbæ Moſchatæ, vel Geranii Moſchati,
Alleluiæ, i. Trifolii acetoſi,
Linguæ Cervinæ,
Criſpulæ, i. Buphthalmi,
Camphoratæ, i. Abrotoni,
Medullæ Cervinæ,
Styracis Calamitæ, ana unciam dimidiam.
Butyri drachmas decem.
Adipis Urſini,
Gallinacei,
Maſtiches,
Thuris, ana unciam unam.
Olei Nardini uncias duas.
Ceræ libras duas.

Herbæ recentes inciſæ Vino odorifero cum Olei libris octo, diebus ſeptem infundantur, octavo die omnia ſimul decoquantur ad Vini ferè conſumptionem. Amotum ab igne coletur, atque rurſus in lebetem Oleum injiciatur, cui lento igne parum calefacto injice butyrum, Medullam, Adipes, Oleum Nardinum, & Ceram; deinde Styracem, diſſolutam in Vino & paulo Terebinthinæ mixtam. Maſtichen verò, Myrrham, & Thus, pulveriſata poſtremò inſperge. Cumque fuerint omnia probè mixta, agitatione continuâ in vaſe reconde.

## MUNDIFICATIVUM EX APIO. Guid. tr. 7. do. 1. c. 5.

℞ Succi Apii libram unam.
Mellis uncias novem.
Farinæ Tritici uncias tres.

Coquantur ad ignem uſque ad ſpiſſitudinem.
Fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM NEAPOLITANUM, *RENODÆI.*

℞ Axungiæ Suillæ ſucco Salviæ lot: libram unam.
Hydrargyri per laneum trajecti, ſalivâ ritè extincti, uncias quatuor.
Olei Laurini,
Chamæmelini,
Lumbricorum, ana uncias duas.
De Spica ſeſquiunciam.
Aquæ vitæ unciam unam.
Ceræ flavæ uncias duas.

Tere-

Terebinthinæ in ſucco Enulæ lot: uncias tres.
Pulveris Chamæpityos,
Salviæ, ana drachmas duas.
Fiat Unguentum, ut artis eſt.

UNGVENTVM RESINVM.
Euſt: Rud: Morb: Gall: l.5.c.1.f.

℞ Reſinæ Pini optimæ,
Terebinthinæ,
Ceræ citrinæ lotæ,
Olei puri, ana p.æ. Miſce.

UNGVENTVM NERVINVM.

℞ Fol: Paralyſeos, cum flor:
Salviæ,
Chamæpityos,
Roriſmarini,
Lavendulæ,
Lauri, cum baccis,
Chamæmeli,
Rutæ,
Apii,
Meliloti cum flore,
Abſinthii, ana manipul: unum.
Menthæ,
Betonicæ,
Pulegii,
Petroſelini,
Centaurii minoris,
Hyperici, ana manipulum dimidium.
Olei ex pedibus Ovinis, vel Bovinis, libras quinque.
Sevi Ovini, vel Bovini, vel Medullæ ejuſdem libras duas.
Olei de Spica unciam dimidiam.
Contuſis herbis, & coctis cum oleis, & ſevis, fiat Uuguentum ſ. a.

UNGVENTVM PECTORALE. *NICOLAI.*

℞ Butyri recentis aq: Violarum loti uncias ſex.
Olei Amygdalarum dulcium uncias quatuor.
Chamæmelini,
Violacei, ana uncias tres.
Adipis Gallinæ,
Anatis, ana uncias tres.
Radic: Ireos drachmas duas.
Croci drachmam dimidiam.
Ceræ albæ uncias tres.
Ceram & Adipes in Oleis liquato, dein ſæpiùs lavato aquâ Hordei, vel aq: Hyſſopi. His probè lotis adde Iridem & Crocum in tenuiſſ: pulverem redacta, fiat Vnguentum ſ. a.

UNGVENTVM POPVLNEVM, *NICOL.*

℞ Oculorum Populi arboris recentium libram unam ſemis.

Axungiæ Porcinæ recentis & inſulſæ libras tres.

Oculi ſeu Gemmæ Populi contundantur & macerentur in Axungia, donec ſequentes herbæ colligi poſſunt.

℞ Folior: Papaveris nigri,
Mandragoræ,
Cymarum Rubri tenerrimarũ,
Folior: Hyoſcyami,
Solani,
Lactucæ,
Vermicularis (i) Sempervivi minoris, (non illecebræ)
Sedi, ſeu Sempervivi majoris.
Violarum,
Umbilici Veneris,
Bardanæ, ana uncias tres.

Contuſa omnia permiſceantur Axungiæ, & oculis Populi: exactis diebus decem, affunde aq: Roſarum libram unam, coquantur igne lento, dum aqua, omniſq; liquor abſumatur: coletur, exprimatur, & ſi ſit opus recoquatur, dum Unguenti temperaturam acceperit.

## UNGUENTUM RESUMPTIVUM, *NICOL.*

℞ Axungiæ Porcinæ recentis uncias tres.
Adipis Gallinæ,
Anſeris,
Anatis, ana uncias duas.
Oeſypi humidæ unciam dimidiam.
Olei Violati,
Chamæmelini,
Anethini, ana uncias duas.
Butyri recentis libram unam.
Ceræ albæ uncias ſex.
Mucilaginis Tragacanthi,
Sem: Cydoniorũ,
Lini,
Radic: Biſmaluæ,
Gummi Arabici, ana unciam dimidiam.

Mucilagines extrahantur aquâ Roſaceâ, & additis reliquis, fiat Unguentum ſ. a.

## UNGUENTUM SPLENICUM.

℞ Olei Capparum unciam unam.
Olei Liliorum,
Chamæmelini,
Butyri recentis,
Succi Bryoniæ,
Cyclaminis, ana ſemunciam.

Bulliant Olea ad conſumptionem Succorum, addendo
Ammoniaci aceto ſoluti drachmas duas ſemis.
Pinguedinis Gallinæ,
Medullæ cruris Vituli,
Oeſypi, ana ſemiunciam,

Cortic:

Cortic: rad: Tamariſci,
Capparum,
Ceterach,
Radic: Filicis, ana drachmam unam.
Pulveris ſem: Agni caſti,
Geniſtæ, ana ſcrupulum.
Ceræ, q. ſ. Fiat in formam Unguenti.

UNGVENTVM ALIVD SPLENICVM MAGISTRALE.

℞ Corticis radicum Capparum drachmas ſex.
Radicum Bryoniæ,
Iridis Florentinæ,
Farinæ ſem: Fœniculi dulcis,
Ammoniaci in aceto ſoluti, ana ſemunciam.
Comarum Abſinthii,
Florum Camomillæ, ana drachmam unam.
Ung: ex ſuccis aperitivis Fœſii, viz. deſcriptionis ſecundæ,
Ung: ex floribus Aranciorum, ana drachmas ſex.
Olei Irini,
Capparum, ana unciam unam cum ſemiſſi.

Trituranda triturentur, exactè, ut, per cribrum tranſmiſſa, cæteriſque in mortario calido ſ. a. (elaboratâ contuſione) admixtis, fiat Ung:

*Sunt qui Vnguenta non admittunt, Emplaſtra verò facilè ferunt; His igitur (pro data occaſione) Vnguenti partem in formam Emplaſtri redactam citiſsimè coaptare licebit, (quod nec minùs intentioni ſatisfacit) ſuperaddendo Ceram, Picem navalem, & Terebinthinæ Cypriæ modicum.*

VALENTIA SCABIOSÆ JOANNIS ARDERNII, ex oppido (vulgò) Newark, in Comitatu Nottingham: Chyrurgi exercitatiſſimi: qui floruit anno 1370. tempore *Edovardi* tertii Regis Angliæ, ipſiſſimis verbis ex antiquo manuſcripto excerpta.

℞ Succum Scabioſæ, in æſtate per pannum colatum, & cum Axungia Porci à pelliculis mundatâ; in mortario benè tundatur, percutiendo ſed non conterendo, & ſemper paulatim impone de ſucco ad axungiam, ut benè imbibi poſſit, & ut axungia viridis fiat; Quo facto, accipe illam axungiam, & cum dicto ſucco, in aliquo vaſe ponatur, ut axungia ſucco cooperiatur, & ſic ſtare permittas per novem dies: poſt nonam diem iterum accipe prædictam axungiam cum ſucco, & modo prædicto contunde, & aquoſitas quæ de eo exibit tenuis & diſcolorata deponatur, & ſic permitte ſtare per quinque dies; poſt quintum diem, iterùm accipe novum ſuccum Scabioſæ,

&

& iterùm (ut prædictum eſt) cum dictâ axungiâ contundatur; quo facto, iterùm per quindenam in vaſe aliquo cum ſucco quieſcere permittatur; quo verò tempore tranſacto, iterum contundatur (ut prædictum eſt) & ab aquoſitate purgetur, & in vaſe mundo reponatur, & ſic ſtet in pace per aliam quindenam cum appoſitione novi ſucci; poſt quindenam verò, iterùm contundatur, & ſi fuerit ſatis viridis coloris, poſt bonam contuſionem, in vaſe terreo vel vitreo uſui reſervetur.

*De quantitate vtriuſq; tàm axungiæ quàm ſucci, haud ambigendum: Illius enim pro ſuo arbitrio quantitatē, Pharmacopœus ſibi præparandam ſuſcipiat, quam quidem uſui futuram eſſe conjiciat: Hujus autem ſucco frequenter repetito, illam imbuat, donec viridi colore ſaturo axungiam imprægnari conſpexerit. Hæc ſiquidem debet eſſe regula, pro menſura ſucci.*

*Hoc autem monitum eſſe volumus, quantò viridius, tantò efficacius Vnguentum reddi: ſi ergò primâ vice, vel etiam ſecundâ, copioſa ipſius Scabioſæ folia, poſt unam vel alteram diem à collectione ſ. a. reſervata (ut aquoſitatis excrementitiæ aliquid deponant) cum axungiâ contundantur, nec non aliorū ſuccus prælo fortitèr expreſſus ſuperaffundatur, ut digitos ad minimū duos ſuperemineat, & in vaſe convenienti obturato commiſſa, Soli exponantur, totidem vel pluribus diebus ab authore conſtitutis: deindè poſt fortem expreſſionem, ſucco ſolo fortitèr (ut ſupra) expreſſo, & ab aquoſitate modicè ſeparato, vireſcens axungia repetitis vicibus (haùd neglectâ contuſione) imbuatur, colorem authoris ad mentem induci, ſimulq; vires Vnguento majores imprimi, experientiâ edocti atteſtamur.*

## TAPSIVALENCIA ejuſdem Authoris.

℞ Tapſibarbati, & cum axungiâ Porci à pelliculis mundatâ, & minutìm inſciſsâ, benè in mortario vel in pelui contundantur invicèm, donec axungia benè de ſucco fuerit imbuta, & poſtquàm feceris, permittatur illa axungia cum ſucco ſimilitèr ſtare, per novem dies, aut plus, donec axungia viridis appareat; Quo viſo, iterùm cum ſucco novo benè contundatur, & quandò axungia de ſucco perfectè imbuta fuerit & colorata, quod ſuperfluum eſt de ſucco effundatur, & iterùm benè ſine aliquo ſucco contundatur, & in vaſe terreo reponatur, & uſui reſervetur. Et nota, quòd iſta medicina de menſe in menſem debet ſemel contundi, & in contuſione, de Oleo Roſaceo, Violaceo, & Chamæmeli imponere

ponere paulatim, ut Valentia ea competentèr poſſit imbibere: Et ſi de bono populeone prædictis addatur, efficacius erit medicinæ juvamentum.

### TAPSIMEL ejuſdem.

℞ Succum Chelidoniæ, Tapſi barbati ana: Mellis deſpumati quantum de ſuccis, & invicem bulliant ad conſumptionem ſucci, poſteà ab igne deponatur, & uſui reſervetur. Cùm indè contra pruritum uti volueris, accipe de eo quantum volueris, & ei impone, de Pulvere Vitrioli combuſti, & Aluminis combuſti, Atramenti, i. arrementi. Et ſi neceſſe fuerit, iterùm bulliatur donec Unguentum ſatis tenax fuerit, & inde in Anum ponatur parùm, contra pruritum, & citò ceſſabit pro certo, & in omni parte corporis, & hoc Unguentum dicitur Tapſimel, à Tapſi barbato & Melle: Iſtud pro certo eſt nobile Unguentum.

*Hæc ad verbum ex veteri Manuſcripto, & ſtylo ſuo.*

Caveat Pharmacopœus, ne Mel ex coctione contrahat empyreuma.

### UNGVENTVM STOMACHICVM, *NORIMB.*

℞ Olei Abſinthini,
Maſtichini,
Narditi, ana unciam unã.
Roſarum rubrarum,
Corallii rubri,
Caryophyllorum,
Cinnamomi,
Ligni Aloes,
Maſtiches,
Menthæ,
Schœnanthûs, ana drachmam unam.
Ceræ q. ſ.
fiat Unguentum ſ. a.

### UNGVENTVM AD LVMBRICOS MAJVS. *FOESII.*

℞ Olei Rutæ,
Sabinæ,
Menthæ,
Abſinthii,
Amygdalarum amararum ana unciam unam ſemis.
Succi florum vel foliorum Perſicæ.
Abſinthii, ana unciam dimidiam,
Pulveris Rutæ,
Menthæ,
Gentianæ,
Centaurii minoris,

Tor-

Tormentillæ, ana drachmam unam.
Semin: Caulium.
Pulpæ Colocynthidos, ana drachmas duas.
Aloes hepaticæ drachmas tres.
Farinæ Lupinorum unciam dimidiam.
Myrrhæ in aq: Graminis lotæ drachmam unam ſemis.
Fellis Taurini unciam unam ſemis.
Cum Succi Limonum q. ſ. & Ceræ uncia una ſemis, fiat Unguentum ſecundùm artem.

EMPLA-

# EMPLASTRA ET CERATA.

## EMPLASTRVM EX AMMONIACO.

℞ Ammoniaci unciam unam.
Ung: Dialthææ, } ana unciã
Emplaſtri Meliloti, } dimidiã.
Furfuris frumenti optimè cribrati unciam unam.
Pulveris radic: Bryoniæ, & Ireos, ana unciam dimidiam.
Pingued: Anatis,
Anſeris,
Gallinæ, ana drachmas tres.
Bdellii,
Galbani, ana drachmam unam ſemis.
Reſinæ Pini,
Ceræ, ana uncias quinque.
Olei Irini,
Terebinthinæ, ana unciam unam ſemis.

Bulliant pinguedines; & Oleum cum ſ. q. Mucilaginis ſem: Lini, & Fœnugræci: & ut ad debitam Emplaſtri formam ducantur, addantur Cera & Terebinthina: mox Ung: Dialthææ, & Emplaſtrum de Meliloto, deinde Gummi in aceto diſſoluta: poſtremoque Pulveres atque reſina Pini pulverizata ſubtiliter, omnia miſcendo benè, & fiat Emplaſtrum ſ. a.

## ALBVM COCTVM, DE CERVSSA, *VLMENSE.*

℞ Ceruſſæ ſubtiliſſimè tritæ,
Ceræ Citrinæ,
Olei Olivarũ ana partes æquales.

Ceruſsâ

Ceruſsâ æneum in cacabum immiſsâ, lentè addatur Oleum, & lento igne bulliant, aſſiduò & agitentur dum ſimul deſideant: dein indatur Cera minutim conciſa ſucceſſivè, nec ferveat, donec probè liquata: Coquantur demùm omnia ſ. a. dum nigricent, ad juſtam conſiſtentiam.

EMPLASTRVM DE BACCIS LAVRI, *Mes.*

℞ Baccarum Lauri uncias duas.
Thuris,
Maſtiches,
Myrrhæ, ana unciam unam.
Cyperi,
Coſti, ana unciam dimidiam.
Terebinthinæ unciam unam.
Mellis deſpumati, & leviter tantum calfacti q. ſ. fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

EMPLASTRVM BARBARVM MAGNVM, Gal: com: med: ſec. gen. l. 2. f.

℞ Picis ſiccæ libras octo.
Ceræ Citrinæ libras ſex, uncias octo.
Reſinæ Pini libras quinque, uncias quatuor.
Bituminis Judaici, vel Mumiæ, libras quatuor.
Olei ſeſquilibram,
Æruginis æris,
Lithargyri,
Ceruſſæ, ana uncias tres.
Thuris ſelibram.
Aluminis liquidi, vel Rochæ non uſti ſeſquiunciam.
ſciſſilis, vel Rochæ combuſti uncias quatuor.
Opopanacis,
Squamæ æris,
Galbani, ana drachmas duodecim.
Aloes,
Opii,
Myrrhæ, ana ſemunciam.
Succi Mandragoræ, vel cortic: radic: ſicc: drachmas ſex.
Aceti libras quinque.

Lithargyrus, Ceruſſa, Oleum coquantur ad mellis ſpiſſitudinem: Pix liquefacta, cum Pulvere Bituminis, incorporetur: addantur, & coquantur alia ſ. a. donec Acetum conſumatur, nec manus inquinentur. Fall. vuln. gen. c. 15.

EMPLASTRVM DE BETONICA, *ANDERNACI.*

℞ Betonicæ viridis,
Pimpinellæ,

Agrimo-

Agrimoniæ,
Salviæ,
Pulegii,
Millefolii,
Conſolidæ majoris,
Gallitrici, ana uncias ſex.
Thuris,
Maſtiches, ana drachmas tres.
Ireos,
Ariſtolochiæ rotundæ, ana drachmas ſex.
Ceræ albæ,
Terebinthinæ, ana uncias octo.
Gummi Olei AEthiopicæ. i. Gummi Elemi uncias duas.
Reſinæ Pini uncias ſex.
Olei Abietini uncias duas.
Vini albi libras tres.

Contuſæ herbæ decoquantur in Vino, deinde colentur, & colaturæ reliqua addantur, & fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM D. *CÆSARIS.*

℞ Radic: Biſtortæ,
Nucum Cupreſſi,
Roſarum rubrarum,
Santalorum omnium,
Menthæ,
Semin: Coriandri, ana drachmas tres.
Maſtiches unciam dimidiam.
Hypociſtidos,
Acaciæ,
Sanguinis Draconis,
Terræ Sigillatæ,
Boli veri,
Corallii rubri, ana drachmas duas.
Terebinthinæ aquâ Plantaginis lotæ uncias quatuor.
Olei roſacei uncias duodecim.
Succor: Sempervivi,
Plantaginis,
Telephii, ana unciam unam.
Ceræ flavæ libram unam ſemis.

Hypociſtis & Acacia diſſolvantur cum ſuccis, & coquantur lento igne ad conſiſtentiam, deinde commiſceantur reliqua, & fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM CATAGMATICVM, *VIGONIS.*

℞ Succ: Radic: Althææ uncias ſex.
Cort: rad: Fraxini, & folior: ejus,
Rad: Conſolidæ majoris:
& minoris, unà cum foliis, ana uncias duas.
Baccarum Myrti unciam unam ſemis.
Folior: Salicis,
Summitat: Hyperici, ana manipul: unum ſemis.

Contuſis contundendis, bulliant ſimul in vini rubri adſtringentis, & aquæ fabrorum, ana libris duabus,

bus, ad medietatis conſumptionem; colentur, adde,

Olei Myrtini,
Roſacei,
Omphacini, ana libram unam ſemis.
Sevi Hircini liquefacti uncias octo.
Lithargyri Auri, &
Argenti,
Minii, ana uncias quatuor.
Ceræ flavæ libram unam.
Colophoniæ libram dimidiam.

Denuò bulliant ad conſumptionem decocti, addendo ſub finem,

Myrrhæ,
Thuris,
Maſtiches, ana unciam dimidiam.
Terebinthinæ claræ uncias duas.
Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ, ana unciam unam.

Baculo optimè agitentur, dum decoquuntur, & fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

## CATAGMATICVM *RENODÆI.*

℞ Rad: Symphyti minoris,
Althææ,
Viſci querni, ana uncias duas.
Plantaginis,
Chamæpityos,
Hyperici, ana manip: unum.

Fiat decoctio in æquis partibus Vini nigri, & aquæ fabrorum, ad medias: colaturæ adde

Mucilaginis ſem: Cydoniorum in decocto Omazorum extractæ
Olei Maſtichini,
Roſacei, ana uncias quatuor.
Ceræ Virgineæ libram unam.
Lithargyri auri uncias duas.
Terebinthinæ uncias tres.
Balauſtiorum,
Roſarum,
Myrtillorum,
Acaciæ, ana ſemunciam.
Mumiæ,
Granorum Androſæmi,
Colophoniæ,
Maſtiches,
Succini, ana drachmas ſex.
Picis navalis ſeſquiunciam.
Boli Armeni,
Farinæ volatilis,
Thuris, ana drachmas duodecim.
Sanguinis Draconis uncias duas.

Ad elixatas in percolato Mucilagines, aquoſa humiditas cum exhalaverit, admiſceantur Olea, tum Cera, pòſt Lithargyrus. Coctis, unitis, agitatis, ab igne ſemotis, addatur Terebinthina, deinde pulveres. Sic demũ miſceantur, agitentur, ſubigantur omnia, ut in Emplaſtrũ coeant conſiſtentiâ legitimum.

EMPLA-

## EMPLASTRVM CEPHALICVM.

℞ Reſinæ claræ uncias duas.
Picis nigræ unciam unam.
Ladani unciam dimidiam.
Myrrhæ,
Maſtiches, ana drachmam unam ſemis.
Gum: Juniperi drachmas duas.
Terebinthinæ,
Farinæ Fabarum,
Orobi, ana unciam dimidiam.
Nigellæ odoratæ drachmas tres.
Nucis Moſchatæ drachmas duas.
Stercoris Columbini unciam dimidiam.

Diſſolvatur Myrrha in Vino Malvatico, & cum reliquis in mortario calido admiſtis fiat Emplaſtrum ſ. a.

Si vis fortius, adde pulveris
Euphorbii,
Pyrethri,
Piperis nigri, ana ſcrupulos duos.

## EMPLASTRVM CEROMA, ſeu CERONEVM, *NICOLAI ALEXANDRINI*, Cap. 286.

℞ Picis [navalis, i. ex navibus vetuſtis deraſæ, quæ multiplicem aquæ marinæ loturam ſunt expertæ.]
Ceræ flavæ illotæ ana drachmas ſeptem.
Sagapeni drachmas ſex.
Ammoniaci,
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Croci, ana drachmas quatuor.
Aloes,
Thuris [maſculi]
Myrrhæ, ana drachmas tres.
Styracis calamitæ,
Maſtiches,
Opopanacis,
Galbani,
Aluminis,
Sem: Fœnugræci, ana drachmas duas.
Confitæ, i. fecis liquidæ Styracis.
Bdellii, ana drachmam unam.
Lithargyri ſemidrachmam.

## EMPLASTRVM EX CICVTA CVM AMMONIACO.

℞ Cicutæ manipulos quatuor,
Ammoniaci ſemilibram, infunde Aceto acerrimo dies octo, dein bulliant, dum Ammoniacum ſolvatur: hinc per pannũ lineum validè exprimatur, iterumque expreſſus liquor ebulliat quinquies, & adjectâ Cerâ & oleo amygdalino dulci f. Emplaſt.

### EMPLASTRVM DE CRVSTA PANIS.

℞ Meſtiches,
Menthæ,
Spodii,
Corallii rubri,
Santalorum omniũ, ana drachmam unam.
Cruſtæ Panis toſtæ, infuſæ in aceto Roſaceo, per mediam horam uncias duas.
Olei Maſtichini,
Cydoniorum, ana unciam.
Ceræ uncias duas.
Styracis liquidæ,
Ladani, ana drachmas tres.
Farinæ Hordei q. ſ.
Miſce, fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

### EMPLASTRVM è CYMINO.

℞ Semin: Cymini,
Baccarum Lauri, ana libram unam.
Reſinæ Pini libras duas.
Communis libras tres.
Olei Anethini ſelibram.
Ceræ libram unam.
Miſce, fiat Emplaſtrum.

### DIACHYLON SIMPLEX. *MES.*

℞ Mucilaginis Fœnugræci,
Sem: Lini,
Radic: Althææ, ana libram unam.
Olei veteris clari, libras tres.
Lithargyri libram unam ſemis.
Lithargyrus tenuiſſimè teratur, & cum Oleo ſubigatur, poſteà igne lento coquatur, ſpatha ſemper agitando, donec probè permixta ſint: ab igne depoſita paulatim frigeſcant: poſteà mucilagines affundantur, permiſceantur & decoquantur ad juſtam craſſitiem ſecundùm artem.

### DIACHYLON IREATVM.

Adde Pulveris Ireos unciam unam ſingulis libris Diachyli ſimp: & erit Ireatum.

### DIACHYLON MAGNVM. *MES.*

℞ Lithargyri auri tenuiſſimè pulveriſati libram unam.
Olei Irini,
Anethini,
Chamæmelini, ana uncias octo.
Mucilaginis Radic: Althææ,
Sem:

Sem: Lini,
Fœnugræci,
Uvarum Paſſarum,
Caricarum pinguium,
Icthyocollæ,
Succi Ireos,
Scillæ,
Oeſypi, vel Olei ex pedibus Ovillis, ana drachmas duodecim ſemis.
Terebinthinæ uncias tres.
Reſinæ Pini,
Ceræ flavæ, ana uncias duas.
Miſce: fiat Emplaſtrum ſ. a.

## DIACHYLON MAGNUM CUM GUMMI EX *RENODAEO.*

℞ Bdellii,
Sagapeni,
Ammoniaci, ana unciam unam.
Diachyli magni maſſæ addantur Vino diſſoluta priùs, colata, & ad mellis craſſitiem cocta: & ſic fit Diachylon cum gummi.

## DIACHYLON COMPOSITUM SIVE EMPLASTRUM DE MUCILAGINIBUS. *MES.*

℞ Mucilaginis Radic: Althææ,
Sem: Lini,
Fœnugræci,
Cortic: mediani Ulmi, ana uncias quatuor ſemis.
Olei Chamæmelini,
Liliorum,
Anethini, ana unciam unam ſemis.
Ammoniaci,
Galbani,
Opopanacis,
Sagapeni, ana unciam dimidiam.
Ceræ novæ uncias viginti.
Terebinthinæ uncias duas.
Croci drachmas duas.
Vino ſolvantur Gummi,
Fiat Emplaſtrum ſ. a.

## DIAPALMA SEU DIACHALCITEOS, *GALENI.*

℞ Axungiæ Porcinæ inſulſæ, vetuſtæ, à membranis purgatæ, libras duas.
Olei veteris,
Argenti ſpumæ; (i.) Lithargyri, tritæ, & cretæ, ana libras tres.
Chalcitidis uſtæ, lævigatæ, ſeu Vitrioli albi uſti, & pulveriſati uncias quatuor.
Conficitur autem in hunc modum.
Primùm Lithargyrum tenuiſſimè lævigatum lento igne cum oleo, & axungia diutiſſimè coquunt, ac nutriunt ſemper agitando rudicu-

lâ,ſeu ramo Palmæ, vel aliûs arboris aſtringentis, ut Quercus, Buxi, vel Meſpili, qui recenter ſit inciſus, atque ut ſpatulæ vis medicamentoſa meliùs Emplaſtro communicetur, ejus extremitatem ſubinde præſcindunt, & ſuperficiem abradunt, ad humiditatem uſque nativam: mixturæ ſic coctione & agitatione incraſſatæ, & igni ſubſtractæ Vitriolum album, Chalcitidis veræ penuriâ, pulveriſatum injiciunt & ſubigunt, ſicq; maſſam habent laudabilem pro Emplaſtro.

## EMPLASTRVM DIAPHOENICON CALIDVM, *MES.*

℞ Ceræ uncias duas.
Olei Roſacei,
Nardini, ana uncias quatuor.
Simul liquentur, deinde
℞ Dactylorum ſiccorum numero quadraginta.
Panis biſcocti unciam unam.
Macerentur in Vino odorato per biduum, deinde
℞ Carnis Cydoniorum in Vino rubro coctorum unciam unã.
Contundatur & permiſceatur ſuperioribus; & adde ſequentia in mortario benè contuſa.
℞ Maſtiches,
Thuris,
Abſinthii Romani, ana drachmas duas ſemis.
Ligni Aloes,
Macis,
Myrrhæ,
Aloes lotæ,
Spicæ Nardi,
Acaciæ,
Galliæ Moſchatæ,
Trochiſcorum Ramich,
Calami Aromatici, ana drachmam unam.
Ladani drachmas duas.
Miſce, & fiat Emplaſtrum ſ. a.

## DIAPHOENICON FRIGIDVM, *MES.*

℞ Dactylorum maturitati proximorũ in Vino auſtero coctorum uncias quinque.
Panis biſcocti unciam unam.
Carnis Cydoniorum in Vino auſtero coctorum unciam unam ſemis.
Styracis Calamitæ,
Maſtiches,
Ladani,
Acaciæ,
Omphacii, id eſt, ſucci Uvarum immaturarum.
Flor: Labruſſæ, vel Vitis ferentis uvas acidas vel auſteras.
Roſarum rubrarum,
Santali Citrini,
Trochiſcorum Ramich,
Myrrhæ,

Myrrhæ,
Ligni Aloes, ana unciam dimidiam.
Ceræ uncias quatuor.
Terebinthinæ aquâ Roſaceâ lotæ unciam unam ſemis.
Olei Roſacei uncias decem.
Vini auſteri q. ſ.
Fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM DIVINVM. *NICOLAI.*

℞ Magnetis uncias quatuor.
Ammoniaci uncias tres, & drachmas tres.
Bdellii uncias duas.
Galbani,
Myrrhæ ana drachmas decem.
Olibani drachmas novem.
Opopanacis,
Maſtiches,
Ariſtolochiæ longæ,
Viridis æris, ana unciam unam.
Lithargyri libram unam ſemis.
Olei communis libram unam ſemis.
Ceræ novæ uncias octo.

Miſce ſ. a. Lithargyrus cum Oleo diù agitetur, poſteà coquantur ad ſpiſſitudinem, tum Cera addatur, eâ liquatâ, ab igne auferantur, & adjiciantur Gummi in aceto, aut vino diſſoluta, cocta, & colata, deinde pulvis Myrrhæ, Maſtiches, Thuris, Ariſtolochiæ, & Magnetis, poſtremò Æruginis, ne diutiùs cocta Emplaſtrum faciat rubrum, & ſic fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

## EMPLASTRVM DE GVMMI ELEMI Pet: Apon: Conciliat: ſec: Vig: Antid: c.16.

℞ Gum: Elemi uncias tres.
Reſinæ Pini,
Ceræ puræ.
Ammoniaci, ana uncias duas.
Terebinthinæ tres uncias & mediam.

Vini Malvatici q. ſ. ad conſumptionem Vini coquantur cætera: tum Ammoniacum aceto diſſolutum adjiciatur.

## EMPLASTRVM GRACIA DEI, *NICOLAI.*

℞ Terebinthinæ libram dimidiā.
Reſinæ libram unam,
Ceræ albæ uncias quatuor.
Maſtiches unciam unam.
Betonicæ, Verbenæ, Pimpinellæ } recentium, ana manipul: unum.

Tuſæ herbæ in Vino albo coquantur dum tabeſcant, liquor exprimatur, in quo Cera & Reſina co-

quantur

quantur ad liquoris conſumptionem: ab igne ſublatis, Terebinthina permiſceatur, & poſtremò Maſtiche in pulverem redacta, & ſic fiat Emplaſtrum, ſ. a.

## EMPLASTRVM GRISEVM DE LAPIDE CALAMINARI.

℞ Lapidis Calaminaris præparati unciam unam.
Lithargyri uncias duas.
Ceruſſæ unciam dimidiam.
Tutiæ drachmam unam.
Terebinthinæ drachmas ſex.
Ceræ albæ unciam unam ſemis.
Sevi Cervini uncias duas.
Thuris electi drachmas quinque.
Maſtiches drachmas tres.
Myrrhæ drachmas duas.
Camphoræ drachmam unam ſemis.
Ceræ, & Sevi Cervini, ana q. ſ.
Confice ſ. a.

## EMPLASTRVM AD HERNIAM, *FERN.*

℞ Gallarum,
Nucum Cupreſſi,
Pſidiæ, ſive Malicorii,
Balauſtiorum,
Acaciæ,
Sem: Plantaginis,
Pſylii,
Naſturtii,
Cupularum Glandium,
Fabarum torrefactarum,
Ariſtolochiæ longæ, & rotundæ,
Myrtillorum, ana unciam dimidiam.
Hæc omnia pulveriſentur, & in aceto Roſato macerentur per dies quatuor, deinde torrefiant & exiccentur, tum
℞ Conſolidæ majoris & minoris.
Caudæ equinæ,
Glaſti,
Scolopendrii, i. Cetrach,
Radic: Oſmundæ regalis,
Filicis, ana unciam unam.
Thuris,
Myrrhæ,
Aloes,
Maſtiches,
Mummiæ, ana uncias duas.
Boli Armeni loti in aceto,
Lapidis Calaminaris præparati,
Lithargyri Auri,
Sanguinis Draconis, ana uncias tres.
Picis Navalis libras duas.
Terebinthinæ uncias ſex vel q. ſ.
Ut fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

EMPLA-

## EMPLASTRVM HYSTERICUM, *NICOLAI*, Præp: ſec: *RENODÆVM*.

℞ Radic: Biſtortæ libram unam.
Ligni Aloes,
Santali Citrini,
Nucis Moſchatæ,
Berberis acinorum,
Antheræ, ana unciam unam.
Cinnamomi,
Caryophyllorum,
Schœnanthûs,
Flor: Chamæmeli, ana unciam dimidiam.
Thuris,
Maſtiches,
Aliptæ Moſchatæ,
Galliæ Moſchatæ,
Styracis Calamitæ rubri, ana drachmam unam.
Moſchi optimi drachmam dimidiam.
Ceræ libram unam ſemis.
Terebinthinæ libram dimidiã.
Olei Moſchelini uncias quatuor.
Ladani libras quatuor.
Picis Navalis libras tres.

Cerâ cum Pice liquatâ, Ladanum & Terebinthina addantur, dein Styrax, poſtremò reliqua trita & creta, & fingatur Emplaſtrum ſecundùm artem.

## EMPLASTRVM DE JANVA, SIVE DE BETONICA, *NICOLAI*.

℞ Succi Betonicæ,
Plantaginis,
Apii, ana libram unam.
Ceræ
Picis,
Reſinæ,
Terebinthinæ, ana libram dimidiam.

In ſuccis Cera, & Reſina lento igne coquantur, & continenter moveantur ad ſuccorum conſumptionem; poſtremò Terebinthina & Pix addantur bene agitando, & ſic fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM DE MASTICHE, *RENODAEI*.

℞ Maſtiches uncias tres.
Boli Armeni in Vino nigro loti unciam unam ſemis.
Roſarum rubrarum drachmas ſex.
Scobis Eboris,
Corallii rubri, ana unciam dimidiam.
Terebinthinæ uncias duas.
Ceræ flavæ,
Olei Myrtillorum, ana libram dimidiam.

fiat

fiat Emplaſtrum ſ. a. addendo
Colophoniæ, vel Tacamahacæ,
Ladani, ana uncias duas.

## EMPLASTRVM DE MELILOTO, *MES.*

℞ Florum Meliloti uncias ſex.
Flor: Chamæmeli,
Sem: Fœnugræci,
Baccarum Lauri,
Radic: Althææ,
Majoranæ,
Com: Abſinthii, ana drachmas tres.
Sem: Apii,
Cardamomi,
Ireos,
Cyperi,
Spicæ Nardi,
Caſiæ Ligneæ,
Sem: Ammeos, ana drachmam unam ſemis.
Ammoniaci drachmas decem.
Styracis calamitæ,
Bdellii, ana drachmas quinque.
Terebinthinæ unciam unam ſemis.
Ficuum pinguium numero duodecim.
Sevi Hircini,
Reſinæ, ana uncias duas ſemis.
Ceræ uncias ſex.
Olei Sampſuchini,
Nardini, ana q. ſ.

Tum ℞ Meliloti novi, & Fœnugræci, & Chamæmeli ana q. ſ. & coquantur in aquæ libris duabus ad medias, deinde in colaturam immiſſis triturandis ſubtiliſſimè pulverizatis cum radicibus & ficubus coctis & cribratis, rurſum coquantur optimè ſemper movendo, ne comburantur, & additis Oleis, Terebinthinâ, Cerâ, Sevo, & Reſinâ ſimul liquatis, gummiſque in aceto diſſolutis, fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

## EMPLASTRVM DE MINIO COMPOSITVM, *VIGONIS.*

℞ Olei Roſacei odorati libram unam ſemis.
Olei Myrtini,
Unguenti Populei, ana uncias quatuor.
Pinguedinis Gallinæ uncias duas.
Sevi Caſtrati, i. Vervecis.
Vaccini, ana libram dimidiam.
Axungiæ Porcinæ uncias ſeptem.
Lithargyri Auri,
Argenti, ana uncias tres ſemis.
Ceruſſæ uncias quatuor.
Minii uncias tres.
Terebinthinæ uncias decem.
Ceræ q. ſ.

fiat

fiat Emplaſtrum ſ. a. tendens ad nigredinem.

### ALIVD DE MINIO SIMPLICIVS, LONDINENSIVM.

℞ Minii uncias novem.
Olei Roſarum rubrarum librã unam ſemis.
Aceti vini albi uncias ſex.
Coquantur in perfectam Emplaſtri conſiſtentiam.

Paratur etiam ſine aceto in hunc modum.

℞ Minii libram unam.
Olei Roſacei libram unam ſemis.
Ceræ libram dimidiam.
fiat Emplaſtrum ſ. a.

### EMPLASTRVM ISIS EPIGONI Gal: comp. med: gen: l. 5.

℞ Ceræ luteæ drachmas centum.
Terebinthinæ drachmas ducentas.
Squamæ Æris rubei,
Æruginis raſæ,
Ariſtolochiæ rotundæ,
Thuris,
Salis Ammoniaci,
Guttæ Ammoniacæ,
AEris uſti, ana drachmas octo.
Aluminis combuſti drachmas ſex.
Aloes,
Myrrhæ,
Galbani, ana ſeſquiunciam.
Olei antiqui libram unam.
Aceti acris q. ſ.

Metallicis Aceto ſub Sole diſſolutis, mox affunduntur liquabilia, deinde pulveres; demum ex omnibus fiunt magdaleones.

### EMPLASTRVM DE MASTICHE, *NIC. AL.*

℞ Maſtiches,
Picis navalis,
Sagapeni,
Ceræ, ana drachmas ſex.
Ammoniaci,
Terebinthinæ,
Colophoniæ,
Croci,
Aloes,
Thuris,
Myrrhæ, ana drachmas tres.
Opopanacis,
Galbani,
Styracis calamitæ,
Aluminis (Rondeletius ſubſtituit, & nos ex eo) Bituminis,
Fœnugræci, ana drachmas duas
Comphittæ, i. fæcis Styracis liquidæ,

Bdellii,

Bdellii,
Lithargyri, ana ſemidrachmam.

Lithargyrus in pulverem redactus cum ſufficienti aqua decoquatur, deinde Pix, quâ liquefactâ, adde Ceram, Ammoniacum, poſteà Sagapenum; Opopanax, Galbanum infundantur & liquentur, & percolata injiciantur: mox Styracem, Comphittâ, Terebinthinam ſpatulâ miſce, poſtremò Colophoniæ, Maſtiches, Thuris, Bdellii, Aluminis, Myrrhæ, Fœnugræci pulveres paulatim inſperge: coquatur: coctum in aqua fundatur, & forma magdaleones.

## EMPLASTRVM ΜΗΤΡΟΠΡΟΠΤΩΤΙΚΟΝ.

℞ Maſtiches unciam unam cum ſemiſſe,
Galbani purioris in vino rubro diſſoluti, & à fæcibus poſt colaturam expurgati, drachmas ſex.
Terebinthinæ Cypriæ drachmas duas.
Nucum Cupreſſi,
Gallarum, ana ſeſquidrachmam.
Olei Nucis Moſchatæ per expreſſionem, drachmâ unam.
Picis ex navibus vetuſtis deraſæ drach: duas cum ſemiſſe.
Moſchi grana duo cum ſemiſſe.

Contundantur leviter Maſtiche, Pix, Galbanum, & Terebinthina, cum calido piſtillo in mortario calido, ſub finem admiſcendo Nucis Moſchatæ Oleum. Tum demum per vices adjiciantur pulveres, nec non Moſchus ſuper marmore cum modico Olei Maſtichini diſſolutus, & poſt exactam miſtionem fiat Emplaſtrum.

## EMPLASTRVM NIGRVM, *AVGVSTAN:* STICHPELASTER.

℞ Colophoniæ,
Reſinæ,
Picis navalis,
Ceræ albæ,
Vitrioli Romani,
Ceruſſæ,
Olibani,
Myrrhæ, ana uncias octo,
Olei Roſacei uncias ſeptem.
Ol: Juniperi ex granis uncias tres.
Ol: Ovorum uncias duas.
Ol: De Spica unciam unam.
Vitrioli albi,
Corallii rubri,
Mumiæ, ana uncias duas.
Terræ Sigillatæ,
Maſtiches,
Sang: Draconis, ana unciam unam.
Adipis Ardeæ unciam unam.
Thymalli uncias tres.
Lap: Magnetis præpar: uncias duas.
Lumbricorum præparatorum,

Cam-

Camphoræ, ana unciam unam.
Fiat Emplaſtrum ſ. a.

## EMPLASTRVM NERVINVM, *VIGONIS*.

℞ Olei Chamæmelini,
Roſacei, ana uncias duas.
Olei Maſtichini,
Terebinthini,
Lini, ana unciam unam ſemis.
Terebinthinæ coctæ uncias quatuor.
Sevi caſtrati Vituli,
Hircini, ana uncias duas ſemis.
Herbarũ Roriſmarini,
Betonicæ,
Caudæ Equinæ,
Centaurii minoris, ana manipul: unum.
Vermium terreſtrium lotorum & purgatorum in vino uncias tres.
Hyperici fol: & ſem: ejus ana manipul: unum.
Maſtiches pulveriſatæ,
Gummi Elemi, ana drachmas decem.
Radicũ Rubiæ tinctorũ drachmas decem.
Picis navalis,
Reſinæ, ana unciam unam ſemis.
Lithargyri Auri,
Argenti, ana uncias duas ſemis.
Minii uncias duas.
Galbani,
Sagapeni,
Ammoniaci, ana drachmas tres.
Coquantur Herbæ, Radices, & Vermes, in Vini libra una ſemis ad medietatis conſumptionem, deinde exprimantur, & expreſſum bulliat iterum cum Oleis, Sevis, Lithargyro, & Minio ad Vini conſumptionē: deinde adde Gummi in Vino odorifero diſſoluta: poſtremò Terebinthinam, Reſinam, Picem, & Maſtichem in pulverem redacta, & fiat Emplaſtrum ſecundùm artem.

## EMPLASTRVM OXYCROCEVM, *NICOLAI*.

℞ Croci,
Picis Navalis,
Colophoniæ,
Ceræ, ana uncias quatuor.
Terebinthinæ,
Galbani,
Ammoniaci,
Myrrhæ,
Olibani,
Maſtiches, ana unciam unam drachmas tres.
Modus conficiendi hic ſit; Cera, Colophonia, & Terebinthina ſimul liquentur, auferendo ab

igne: mox Picem purã adde, dum adhuc fervet; tum Galbanũ, Ammoniacum, Thus, & Myrrham diſſoluta in Aceto, injice: poſteà Maſtichem in pulverem redactam & Crocum pulveriſatum in aceto probè humectatum: & ſic fiat Emplaſtrum ſ. a.

VIGONIS OXYCROCEUM
( in quo nil Croci) præſtantius
*NOR: AUG.*

℞ Ol: Myrtini,
Roſacei,
Omphacini, ana ſeſquilibrã.
Succi Rad: Althææ, libras duas.
Rad: & fol: Fraxini,
Conſolidæ minoris,
Fol: Myrti, ana manipulum.
Omnia priùs aliquantulum contuſa bulliant in Vino nigro, q. ſ. ad conſumptionem medietatis, cum
Myrrhæ,
Thuris, ana ſemunciâ.
Colentur inde fortiter: addantur colaturæ
Sevi Hircini ſelibra,
Terebinthinæ unciæ duæ.
Maſtiches uncia.
Iterum cum prædictis Oleis bulliant, ad conſumptionem decoctionis. Colentur poſtmodùm addendo
Lithargyri Auri,
Argenti, ana uncias tres.

Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ, ana uncias duas.
Minii drachmas decem.
Coquantur igne lento, & cum Cera nova ſufficiente, ſemper agitando, fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE RANIS,
*VIGONIS.*

℞ Olei Chamæmelini,
Anethini,
Spicæ,
Liliorum, ana uncias duas.
Olei de Croco unciam unam, vide pag. 132. col. 2.
Axungiæ Porcinæ libram unã.
Pinguedinis Vituli libram dimidiam.
Euphorbii drachmas quinque.
Thuris drachmas decem.
Olei Laurini unciam unam ſemis.
Adipis Viperæ, vel (ejus defectu) Colubri, uncias duas ſemis.
Ranarum viventium numero ſex.
Lumbricorum in vino lotorũ uncias tres ſemis.
Succi Radic: Ebuli,
Enulæ, ana uncias duas.
Schœnanthûs,
Stœchados,
Artemiſiæ, ana manipul. unum.
Vini odoriferi libras duas.
Lithargyri Auri libram unam.
Terebinthinæ claræ uncias duas.

Ceræ

Ceræ flavæ q. ſ.
Styracis liquidæ unciam unam ſemis.
Argenti vivi ſalivâ hominis jejuni, vel ſucco Limonum extincti, uncias quatuor.

Modus conficiendi hic ſit.

Coquantur ſimul Ranæ, Lumbrici, & herbæ cum ſuccis, & oleis Chamæmeli, Anethi, Liliorũ, Axungiâ, pinguedine, & librâ unâ ſemis vini odorati; Colaturæ adde Lithargyrũ, Ceræ uncias quatuor, & reſiduũ Vini (i) libram dimidiã. Coquantur ſimul ad conſumptionem totius Vini, & dum digitis non adhæreat, tum adde Oleum de Croco, Laurinũ, de Spica, & Adipem: poſteà pulveré Thuris & Euphorbii, poſtremò Argentũ vivum probè commixtum cum Styrace liquidâ, & Terebinthina, ſimul omnia cum ſpatula agitando ut ſimul incorporentur. Cavendum tamen ne imponatur Argentum vivum, cum nimis fervet Maſſa, ne evolet.

## EMPLASTRUM SANCTUM *ANDR:* à CRUCE.

℞ Reſinæ Pini rec: claræ odor: uncias duodecim.
Olei Laurini puri,
Terebinthinæ optimæ, ana uncias duas.
Gum: Elemi tranſparantis, gravis, uncias quatuor.

Reſina & Gummi in caciola ænea, ſuper ignem clarum debilem, aſſiduò rudiculâ arundineâ, vel ſpatulâ æneâ coagitentur, donec liqueſcant. Inde addantur Laurinum & Terebinthina, iterum parum bulliant, movendo itidem. Cum incraſſatum, per ſtamineam, aut tamiſium percoletur: quod extillaverit, in vaſe vitreato terreo operto aſſervetur.

## SPARADRAPUM ſeu TELA *GALTERI* ex *RENOD.*

℞ Olei Roſacei libram dimidiam.
Sevi Arietini uncias quatuor.
Ceræ uncias decem.
Lithargyri,
Reſinæ Pini,
Thuris,
Maſtiches, ana uncias duas.
Boli Armeni,
Farinæ volatilis, ana unciam unam.

Coquantur ſimul Oleum, Sevum, & Lithargyrus, donec Lithargyrus ſit incorporatus; deinde ex arte fiat Emplaſtrum, in quod adhuc liquatum & calidum, tela parùm attrita immergatur.

## EMPLASTRUM ΣΤΕΦΑΝΙΑΙΟΝ.

℞ Ladani ſemunciam.
Styracis calamitæ gummoſæ & colatæ,

Sandaracæ Arabum, i. gummi Juniperi, ana drachmas duas.
Succini,
Terebinthinæ Cypriæ, ana drachmam unam.
Coralliorum rub:
Maſtiches, ana ſemidrachmam.
Florum Salviæ,
Roſarum rubrarum,
Iridis Florentinæ, ana ſcrupulũ.
Reſinæ, ex aqua Roſacea lotæ ſemunciam.

Reſina, Ladanum, & Maſtiche, cum Styrace, Sandaracâ & Terebinthina, in mortario calido levitèr contundantur, eò uſque ſ. a. cum piſtillo calido (Vini rub: guttas aliquot aſpergendo) donec invicèm coiviſſe videantur: Tum demùm Pulveres per vices immittantur, ità ut diligenti agitatione continuò factâ, ex omnibus exactè commixtis fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRVM SINE PARI ANONYMI ex manuſcripto excerptum.

℞ Thuris Libani,
Bdellii,
Styracis gummoſæ, ana drachmas tres.
Ammoniaci,
Galbani, ana drachmam unam cum ſemiſſe.
Picis navalis drachmas ſex.
Medullæ Cervinæ,
Adipis Gallinæ,
Anſeris, ana drachmas duas.
Sulphuris vivi ex lacte loti,
Pulveris Hermodactylorũ, ana ſeſquidrachmam.

Diſſolvantur Gummi in Vino albo tenui (non autem in aceto, quod nervoſis & membranoſis partibus eſt inimicum) & cum Olei Roſati completi partibus duabus, Olei Ovorum parte una, & Olei Terebinthinæ modico fiat ſ. a. Emplaſtrum.

STICTICVM PARACELSI.

℞ Olei Olivarum uncias ſex.
Ceræ unciam unam ſemis.
Lithargyri triti uncias quatuor ſemis.
Ammoniaci,
Bdellii, ana unciam dimidiam.
Galbani,
Opopanacis,
Olei Laurini,
Lap: Calaminaris,
Ariſtolochiæ utriuſque.
Myrrhæ,
Thuris, ana drachmas duas.
Reſinæ abietis, vel Terebinthinæ puræ unciam unam.

Oleum, Cera, & Lithargyrus ſimul coquantur, dum digitis non adhæreant; deinde maſſa ab igne remota paulùm frigeſcere ſinatur, addendo gummi diſſoluta in aceto Vini albi, quod recoquendo evaporet;

vaporet; & coletur ſtrenuè, poſtremò pulveres & Terebinthinâ & Oleum Laurinum adjice, & fiat Emplaſtrum ſ. a.

### EMPLASTRUM STOMACHICUM, *MES.*

℞ Ligni Aloes,
Abſinthii,
Gummi Arabici,
Maſtiches,
Cyperi,
Coſti,
Zingiberis, ana unciam dimidiam.
Calami Aromatici,
Olibani,
Aloes, ana drachmas tres.
Caryophyllorum,
Macis,
Cinnamomi,
Spicæ Nardi,
Nucis Moſchatæ,
Galliæ Moſchatæ,
Schœnanthûs, ana drachmam unam ſemis.

Excipe Mivâ Cydoniorum, & fiat Emplaſtrum, uſus tempore extendatur ſuper pannum, & ſuffumigetur ligno Aloes, & ſuperponatur ſtomacho.

### EMPLASTRUM STOMACHICUM MAGISTRALE.

℞ Menthæ,
Abſinthii,
Stœchados,
Fol: Lauri, ana drachmam unam.
Majoranæ,
Roſarum rubrarum,
Santali Citrini, ana drachmas duas.
Calami Aromatici,
Ligni Aloes,
Florum Lavendulæ,
Nucis Moſchatæ,
Cubebarum,
Galangæ,
Piperis longi,
Macis, ana drachmam unam.
Maſtiches, drachmas tres.
Caryophyllorum drachmas duas ſemis.
Olei Menthæ unciam unam ſemis.
Olei Nardini unciam unam.
Olei Spicæ drachmam unam.
Reſinæ,
Ceræ, ana uncias quatuor.
Ladani uncias tres.
Styracis liquidæ unciam ſemis.

Fiat Emplaſtrum.

# DE CERATIS.

## CERATUM AMMONIACUM.

℞ Ammoniaci diſſoluti in aceto unciam unam.
Ung: Dialthææ,
Empl: de Meliloto, ana ſemunciam.
Furfuris Frumenti optimi cribrati unciam.
Pulv: radic: Bryoniæ ſicc:
Ireos ſicc: ana ſemunciam.
Pingued: Anatis,
Anſeris,
Gallinæ, ana drachmas tres.
Olei Irini ſeſquiunciam.
Bulliant leviter in mucilaginibus
Sem: Lini,
Fœnugræci, ana q. ſ.
Adde Ceræ uncias quatuor.
Fiat Ceratum ſ. a.

## CERATUM DE GALBANO.

℞ Galbani præparati unciam unã ſemis.
Aſæ fœtidæ unciam dimidiam.
Sem: Dauci ſcrupulum unum.
Myrrhæ rubeæ drachmas duas.
Bdellii drachmam unam.
Matricariæ,
Artemiſiæ, ana drachmam dimidiam.
Gummi diſſolvantur in aceto, & fiat Ceratum ſ. a. addita Ceræ q.ſ.

## CERATUM OESYPATUM, *GALENI*.

℞ Oeſypi uncias decem.
Olei Chamæmelini,
Irini, ana libram dimidiã.
Ceræ flavæ libras duas.
Reſinæ libram unam.
Maſtiches,
Terebinthinæ, ana unciam unam.
Spicæ Nardi drachmas duas ſemis.
Croci drachmam unam ſemis.
Ammoniaci unciam unam.
Styracis Calamitæ unciam dimidiam.
Fiat Ceratum ſ. a.

## CERATUM SANTALINUM *MES.*

℞ Roſarum drachmas duodecim.
Santali rubri drachmas decem.

Santali

Santali albi,
citrini, ana drachmas ſex.
Boli Armeni drachmas ſeptem.
Spodii ex Ebore drachmas quatuor.
Camphoræ drachmas duas.
Ceræ albæ lotæ drachmas triginta.
Olei Roſacei uncias ſex.
Fiat Ceratum ſ.a.

CERATVM STOMACHICVM, *GALENI.*

℞ Roſarum rubrarum,
Maſtiches, ana drachmas viginti.
Fol: Abſinthii ſicc: drachmas quindecim.
Spicæ Nardi drachmas decem.
Ceræ mundæ uncias quatuor.
Aquæ Roſaceæ q. ſ.
Olei Roſati libram unã ſemis.
& ſic Unguenti inſtar liqueſcit & fluit ad extrema, tum adde
Olei Roſati uncias octo.
Ceræ uncias quatuordecim.
Pulveres ut ſupra (præter Maſtichem quæ liquatur Oleo Roſato.)

EMPLASTRVM à NOSTRATIBVS FLOS UNGVENTORVM DICTVM.

℞ Reſinæ,
Reſinæ Pini,
Ceræ,
Sevi ovini, ana libram dimidiã.
Olibani uncias quatuor.
Terebinthinæ uncias duas ſemis.
Myrrhæ,
Maſtiches, ana unciam unam.
Caphuræ drachmas duas.
Vini albi libram dimidiam.
Coque ſimul in formam Cerati.

OLEA

# OLEA CHYMICA.

## OLEA EX HERBIS.

### OLEUM ABSINTHII.

℞ Abſinthii ſicci libram unam.
Aquæ fontanæ libras viginti.
Macerentur per horas viginti quatuor, & fiat deſtillatio per Alembicum magnum cum ſuo Refrigeratorio. Oleum cum aqua extrahes, quod ſeparabis per infundibulum. Aqua, quæ exſtillârit, ab Oleo ſeparata ſervetur ad novam deſtillationem.

Eodem modo parantur,

Olea Ex floribus Chamæmeli,
Chelidonii,
Hyſſopi,
Lavendulæ.
Majoranæ,
Menthæ,
Naſturtii,
Origani,
Pulegii,
Roſarum,
Roriſmarini,
Rutæ,
Sabinæ,
Salviæ,
Satureiæ,
Thymi,
Verbaſci,
Et ex omnibus aliis floribus, & herbis calidis.

## OLEA EX SEMINIBUS.

### OLEUM SEM: ANETHI.

℞ Semin: Anethi contuſorum libras duas.

Aquæ

Aquæ fontanæ libras ſedecim.
Macerentur per viginti quatuor horas, deinde diſtillentur per Alembicum magnum cum ſuo refrigeratorio, extrahes Oleum, & aquam, quod ſeparabis per infundibulum.

Eodem modo paratur,

Oleum ex Seminibus:
- Aniſi,
- Carui,
- Cymini,
- Dauci,
- Fœniculi,
- Frumenti,
- Petroſelini,
- Rutæ,
- *Saxifragiæ*, &c.

## OLEA EX BACCIS.

### OLEVM EX BACCIS. IVNIPERI.

℞ Baccarum Juniperi recentium libras quinquaginta.
Contunde & pone in vaſe ligneo cum aquæ libris viginti quatuor. Addendo fermenti acrioris libram unam; ſtent in Cellario, benè clauſo vaſe, per tres menſes; deinde diſtillentur per Alembicum cum convenienti quantitate aquæ; poſt ſeparationem Olei, reſerva aquam, ad aliam diſtillationem.

Eodem modo fit,

Oleum ex Baccis:
- Hederæ,
- Lauri.

## OLEA EX AROMATIBVS.

### OLEVM CINNAMOMI.

℞ Cinnamomi contuſi libras quinque.
Aquæ fontanæ libras quinquaginta.
Macerentur per horas viginti quatuor, & diſtillentur per Alembicũ magnum cum refrigeratorio.

Eodem modo paratur,

Oleum:
- Caryophyllorum,
- Macis,
- Nucis Moſchatæ,
- Piperis.

## OLEA EX CORTICIBVS.

Olea ex Corticibus ſiccis,
- Aurantiorum,
- Citri,
- Limonum,

Parantur eodem modo, quo Olea ex Herbis.

## EX LIGNIS.

### OLEVM EX GVAIACO.

Oleum ex ligno Guaiaco fit per retortam in reverberatorio clauſo: ſeparetur tenuior & ſuavior pars à fœtidiore, craſſiore; & rectificetur cum Sale, vel Tartaro calcinato, vel Colcothare, vel arena. Eodem modo fit Oleum è Buxo, Quercu, & aliis lignis ſolidioribus.

### EX LIGNO SASSAFRAS.

Oleum Saſſafras fit ſicut Oleum Cinnamomi: Et ſic fit

Oleum ex Ligno Rhodio,
Juniperi,
Roriſmarini,
Hederæ.

## OLEA EX FVSILIBVS.

### OLEVM CERÆ.

℞ Ceræ flavæ libram unam.
Liqua, & adde pulveris Tegularum libras tres.

Miſce, & pone in retortam, & extrahe Oleum igne convenienti, rectificetur per retortam ſine tegulis, additâ aquâ: Conveniens ignis eſt, qui primò extruitur ſupra retortã, uſque dum exibilare deſierit, dein infra retortam. Et hoc modo parantur,

Olea ex Pinguedinibus.

## OLEA EX GVMMIS ET RESINIS.

### OLEVM MYRRHÆ.

℞ Myrrhæ contuſæ libras ſex.
Aquæ fontanæ libras triginta.
Salis nigri libras ſex.

Miſceantur, & diſtillentur per Alembicum.

### OLEVM TEREBINTHINÆ.

℞ Terebinthinæ Venetæ libras viginti octo.
Aquæ communis libras nonaginta ſex.

Imponantur in vas cupreum amplum cum ſuo cooperculo, & refrigeratorio: ſic exſtilletur Oleum tenue, & album, & in fundo reſtabit Colophonia, ſi ignis augeatur. Oleum iſtud album, inſtar aquæ, commodè extrahetur ſine empyreumate in B. M. in vaſe vitreo; ſi vero flavum & rubrum velis, opus eſt validiori igne, ut cinerum aut arenæ ſine aqua in vaſe vitreo.

OLE-

## OLEVM BALSAMI
Pet: Apon: Concil:

℞ Myrrhæ,
Aloes,
Spicæ Nardi,
Sanguinis Draconis,
Thuris,
Mumiæ,
Opopanacis,
Carpobalſami, vel Cubebarum,
Bdellii,
Ammoniaci,
Sarcocollæ,
Croci,
Maſtiches,
Gummi Arabici,
Styracis liquidæ, ana drachmas duas.
Ladani,
Caſtorei, ana drachmas duas ſemis.
Moſchi ſemidrachmam.
Terebinthinæ ad pondus omnium.

Terenda terantur, miſceantur omnia, & diſtillentur in Alembico ſecundùm artem.

## OLEVM LATERICIVM, PHILOSOPHORVM quod dicitur, DIVINVM, SANCTVM, MAGISTERII, *MES.*

℞ Lateres è terra rubente antiquatos, in fruſta comminutos ad pomi magnitudinem; quæ fruſtula in prunis ignita tota excandeſcant; exempta extinguantur Oleo Roriſmarini, vel claro veteri, dum ſe impleverint: exempta iterum terantur tenuiſſimè. Pulvis in vitream injiciatur Retortam ſeu Cucurbitam, fornaci ritè adaptatam, luto concluſam chymico, per ſublimationem diſtillandus. Oleum eliciatur prunis, excipiatur phialâ ſubjectis: & quo antiquius, eo valentius obſeratum recondatur.

Oleum Liguſtrinum, Cyprinum, ſeu de Alcanna, Meſuæ, Ex florum Liguſtri unciis quatuor, Olei veteris unciis decem.

Oleum Liliorum alborum, Ex floribus, & oleo veteri claro, ut Roſaceum, ſed abjiciantur ungues crocei.

Et ſimplex è flor: Liliorum Convallium adſimile.

## OLEVM THVRIS.

℞ Thuris q. ſ. pone in retortam: extrahe Oleum igne convenienti: pòſt rectificetur per ſe, vel addito ſale, vel arenâ.

Eodem

Eodem modo fiunt,

Olea { Ammoniaci, Benioini, Carannæ, Gagatis, Maſtiches, Opopanacis, Sagapeni, Styracis liquidæ, Tacamahaccæ, &c.

## OLEA EX MINERALIBVS, ET LAPIDOSIS.

## OLEVM ANTIMONII.

℞ Antimonii crudi, Mercurii ſublimati, ana libram unam.

Fiat Pulvis indendus retortæ vitreæ, cujus collum ſit latum, detur ignis per gradus in reverberatorio clauſo. Stillabit in vas recipiens pinguedo, cujus pars collo retortæ adhærens ſuppoſito levi igne liquetur. Iſta pinguedo in Alembico parvo rectificetur, vel in retortula, & ſervetur hoc coagulum; quod ſi liquidum velis, phiala aperta relinquatur in cella, abibit in aquam ſive Oleum diligenter aſſervandum vaſe probè obturato.

## OLEVM ARSENICI.

Cryſtallinum Arſenicum (priùs ſublimatum cum ſolo Colcothare) commiſce cum æquali pondere Salis Tartari, & Salis Petræ: & inter urceolos duos (quorum ſuperior ſit perforatus) calcinentur, uſq; dum nullus fumus aſcenderit. Materiam ſic calcinatam in aqua calida ſolves, ut inde Salem extrahere poſſis; pulverem, qui ſubſiderit, imbibe liquore Tartari, & exicca ad ignem; idque ter facias. Rurſus materiam in calida diſſolve, ut Salem eximas; & remanebit pulvis candidiſſimus, & fixus; qui in loco humido ſolvetur in Oleum pingue butyri inſtar.

## OLEVM SALIS.

℞ Salis nigri Gallici (calore Solis, non vi ignis, facti) quantum vis.

Exiccetur ſupra ignem, cui adde

Terræ luteæ calcinatæ tantundem.

Contundantur ſimul in Mortario, priuſquam penitus refrixerint, deinde impleatur retorta cum collo longiori, benè lutata, & ponatur in fornace anemia, cum recipiente capaci benè lutato cum argilla temperata: ignem auge per gradus,

gradus, & intra duodecim vel quatuordecim horas habebis Oleum in recipiente: ubi fornax refrixerit, & fumi probè ſedati fuerint, effunde oleum; & ſervetur in vaſe optimè clauſo, ne aeris vim ſentiat: Et rectificetur à phlegmate.

Melius parabitur Oleum Salis, ſi Sal fuſus diſſolvatur in aqua pluvia, atque ex his paretur muria, quæ ſupernatans ovum ſuſtineat, deinde Laterum candentium fruſtula in iſta muria extinguantur, donec ſalſus liquor planè abſorbeatur, terantur lateres craſſiuſculè; indatur pulvis retortæ luto exactiſſimè obductæ tenaci, & detur ignis apertus ad ſummum gradum uſque & rectificetur à phlegmate.

## OLEVM SVCCINI.

℞ Succini flavi uncias duodecim,

Fiat pulvis cui in phiala ampla vel retorta affunde tantundem aceti vini albi acerrimi, digerantur in fimo per octiduum, mox addito arenæ ſicciſſimæ vel ſilicum fluviatilium in pulverem tritorum duplo, per retortam fiat diſtillatio in arena ſubdito igne per gradus.

Oleum rectificetur ex arena, vel Sale, vel Tartaro calcinato ſemel, & tandem cum aqua pluvia.

## OLEVM SVLPHVRIS.

℞ Campanam vitream ſexdecim ad minus librarum capacem (quò enim largior, eò melior) ponatur ſupra metretam terream, cum tribus vel quatuor ſuſtentaculis, quibus campana commodè aptari poterit; deinde impoſitâ Sulphuris quantitate ſufficienti in ollam terream ſic munitam, ut poſſit ignis vim ſuſtinere, uratur Sulphur ſub campana, ſuperinjiciendo novum Sulphur, ubi priùs conſumptum fuerit; fiat autem hæc operatio in cœlo & loco obſcuro, cum nec venti vigent, nec Sol ſplendet.

Major habetur Olei quantitas, ſi vas Sulphur continens fornaculæ imponatur ſubdito igne, ita ut Sulphur perpetuò ſit in fuſione. Quidam tigillis Sulphur continentibus, ad fundum uſque indunt ellychnia Sulphure fuſo imbuta, quibus accenſis flamma non extinguitur.

Paretur autem loco ſubterraneo, ut in cella, udo & pluvio cœlo.

Antequam Sulphur accenſum campanæ ſupponatur, ſuffumigetur campana fumo Salviæ.

## OLEVM TARTARI.

℞ Tartari q. v. imponatur in retortam amplam, eâ proportione

ut tertia pars vaſis impleatur: diſtilletur in arena igne forti, pòſt (ſeparato priùs Oleo ab Aqua ſive ſpiritu Tartari) cum multa aqua rectificetur, cujus fœtor aliquatenus corrigetur, ſi in vaſe aperto ſub dio diù relinquatur, præſertim ad Solem: Quoniam tamen Salis diſſoluti liquor vulgò proſtat, pro Oleo Tartari ità paretur.

## LIQVOR TARTARI, vulgò OLEVM TARTARI dictum.

℞ Tartari vini albi q. ſ. imple propemodum eo vas terreum non vitratum, in fornace anemia calcinetur per horas duodecim, ubi refrixerit, ponatur in Manicam Hippocratis, quæ ſuſpendatur in cella humidiori ut diſſolvatur, ſuppoſito recipiente convenienti. Reſiduum quod manicæ poſt ſolutionem adhæſerit, diſſolvatur in aqua communi, deinde filtretur, poſteaque evaporetur, quoad incipiat aſſimilari Alumini.

## OLEVM VITRIOLI.

℞ Vitrioli Ungarici, vel etiam Anglici optimi q. v. liquetur in cacabo, mox dividatur in craſſiora fruſta, quæ impoſita prunis urantur ad flavum uſque colorem ad rubedinem aliquantulùm accedentem. Fiat Pulvis, irrorandus optimo ſpiritu vini, ponatur in retortas Wallemburgicas, vel ſimiles fictiles ignis patientes, & detur ignis per gradus ad ſummum uſque, per triduum, donec recipientia, quæ antea tumultuantibus fumis obſcurabantur, clara evadant. Liquor ſtillatitius rectificetur; & ſeparentur ab invicem, Vini ſpiritus, Vitrioli ſpiritus acidulus, & validiſſimum ac valdè ponderoſum Oleum.

## AQVA MELLIS.

℞ Mellis puriſſimi libras quatuor.
Arenæ ſicciſſimæ libras duas.

Ponantur in cucurbitam tam capacem, ut materia quintam ſaltem vaſis partem occupet, atque in Balneo phlegma in cineribus paulò intenſiore gradu ignis aqua acida flava proliciatur.

## AQVA FORTIS.

℞ Vitrioli exſiccati libras duas: Salis petræ repurgati libram unam: tere ſimul & retortæ optimo Luto Loricatæ impone & colloca in fornacem reverberii, appoſitoque recipiente amplo deſtilla per gradus, ſpatio viginti horarum: aquam exemptam clarifica cum drachm. 1. argenti ſ. artem.

PRAEPA-

# PRAEPARATIONES CHYMICÆ MAGIS VSVALES.

## CHALYBS PRÆPARATVS PER INSOLATIONEM.

℞ Chalybem per Magnetem a ſordibus repurgatum: humectetur toties aceto vini albi acerrimo, & ſiccetur ad Solem, donec poſſit in porphyrite teri in pulverem impalpabilem, affuſâ paucâ aquâ Cinnamomi. Sufficiet autem duodecies irrorare, & ſiccare, mox in mortario ferreo terere, tandem lævigare, & ſervetur ad uſum.

## CHALYBS PRÆPARATVS PER USTIONEM.

℞ Chalybem (ut ſupra) mundatũ: extinguatur candens duodecies in aceto albo acerrimo, & toties in vino Canarino aut Malvatico generoſiſſimo, ſiccetur, & (ut ſupra) tritus in porphyrite cum aqua Cinnamomi lævigetur, & ſervetur ad uſum.

## CREMOR SIVE SAL TARTARI.

℞ Tartari vini albi, aut Rhenani quantum volueris, teratur ſubtiliſſimè, & tranſmittatur per ſetaceum, pulvis abluatur ter quaterve aqua frigida ad eluendas ſordes, deinde bulliat in aqua fontis clara, in ampla patina, vel olla fictili vitriata, lento ſaltem fremitu; ſpuma prima tollatur. Cruſtæ autem ſepernatantes, quæ ſucceſſivè concreſcét in aquæ ſuperficie, poſtquàm totam ſuperficiem occupaverint, colligantur cochleari ligneo perforato, & extendantur in charta bibula, Abluantur denuò aquâ frigidâ, ſiccentur optimè, & in porphyrite lævigenter in Alkool. Servetur Pulvis in ampulla vitrea; & nullum attingat metallum.

## CROCVS MARTIS.

℞ Laminas ferri vel Chalybis quæ candentes aut ſcintillantes condantur Magdaleone, vel fruſto magno Sulphuris, ſubjectâ pelui aquæ plenâ, fluet inſtar ceræ ferrum, quod à ſulphure ſeparatum teratur in

mortario ferreo in pulverem ſubtiliſſimum. Extendatur pulvis in quadratis conchis fictilibus, quæ tranſverſum digitum altitudine non ſuperent: Pone ad flammã reverberii, quæ valido flamine materiam lambat per tres vel quatuor dies; commodiſſimè id fiet in fornace vitrariorum; Materia inſtar ſpongiæ elevabitur rubicundiſſima, cujus ſuperficies inſtrumento ferreo lato colligatur, reliquum (ut ſupra) ignis flammâ urgeatur, donec totum ferrum ſit converſum in pollinem tenuiſſimum, inſtar farinæ volatilis. Poterit etiam parari ex limatura ferri in igne reverberii ſine Sulphure.

## CROCVS METALLORVM.

℞ Antimonii per longas venas ſcintillantis, Salis petræ puriſſimi, ana partes æquales, reducantur in pulverem ſeorſim, mox commiſceantur; Ponantur in mortarium æneum ferreumve, mox injectâ prunâ materia incendatur, quæ cum fragore & ſtrepitu exuretur; ſuperponatur (relicto tamen trium digitorum intervallo) tegula, aut patella ferrea, donec ſtridor ceſſaverit: Materia Metallina inſtar vitri fuſi fuſcè rubens ſeparetur à cruſta albicante, & ſervetur ad uſum: deinde dulcoretur aquâ ſimplici deſtillatâ ter affuſâ.

## FLORES SVLPHVRIS.

℞ Sulphuris flavi, quod, ſi manibus contrectetur ſtringendo, auribus admotum crepitat, quantum volueris: teratur cum p. æ. Colcotharis Vitrioli, ex Olei deſtillatione reſidui: ponantur in bocciam oblongam, ſeu veſicam fictilem, ſuperpoſito capitello vitreo ſatis amplo, atque in arena dato igne per gradus, pellantur flores in Alembicum, pede leporino deturbandi.

Subtiliores evadent, ſi denuò cum eadem Colcotharis novi quantitate ſublimentur.

## LAPIS INFERNALIS, SEPTICVS.

℞ Lixivium, è quo Sapo niger coquitur: id ſartagine exceptum, in lapidem urito. Caveas tamen, ne omnis liquor abſumatur & areſcat. Cum refrixerit, in formã teſſerarũ ſcinditur, & vitro rectè obturato ſervatur.

Aliter,

℞ Vitrioli ad rubedinem calcinati uncias duas.

Salis

Salis Ammoniaci unciam unã.
Tartari ad albedinem calcinati,
Calcis vivæ, ana uncias tres.

Tritis affundatur Lixivium Ficulneum, vel Tithymallinum, vel Saponis, ſæpiúſque tranſcoletur, donec materia tota ferè diſſolvatur. Colatura coquatur in vaſe æneo ad liquoris conſumptionem: quod relinquitur ſervatur in vitro ad uſum.

## LAPIS PRUNELLÆ, ſeu NITRUM SULPHURE PURGATUM.

℞ Salis petræ puriſſimi, & in ſtirias Cryſtallinas coagulati libram unam. Ponatur in crucibulum, undique admotis & ſuppoſitis prunis, non accendetur, ſed fluet inſtar metalli: huic fuſo, per fruſtula (inſtar minorum avellanarum) injiciantur unciæ duæ flor: Sulphuris: quod poſtquam conſumptum fuerit, nitrum inſtar aquæ fluidum effundatur in pelvim æneam, & poſtquàm concreverit, ſervetur in vaſe vitreo probè clauſo, ne ſubeat aer, cujus appulſu diſſolvitur.

## MAGISTERIUM PERLARUM ET CORALLIORUM, IN QUO ETIAM SALES EORUM CONTINENTUR.

℞ Perlarum, vel Coralliorũ, quantum volueris, terantur, & lævigentur in pulverem ſubtiliſſimum; Pulveri affundatur ea quantitas ſpiritus aceti radicati, quæ ſupernatet tribus digitis vel quatuor, fiat digeſtio in cineribus, donec fiat diſſolutio, Ceſſante ebullitione decantetur liquor à corpore, & novus affundatur ad omnimodam uſq; diſſolutionem. Liquor trajiciatur per chartam emporeticam, huic colato affundatur paulatim Oleum Tartari, ex ſale per deliquium paratum. Præcipitabitur pulvis albus, per inclinationem à diſſolvente ſeparandus, & ad dulcedinem, ſeu inſipiditatem aquâ pluviâ, tandem aquis cardiacis abluendus. Acetum radicatum fit, ſi aceti ſpiritus ex ſale marino decrepitato elevetur in arena.

## MERCURIUS DULCIS SUBLIMATUS.

℞ Sublimati, præparati cum Sale & Vitriolo, uncias duas, Mercurii crudi, purificati cum Sale & Aceto & triti in marmore, ſeſquiunciam. Teratur ſubli-

matum in pulverem tenuiſſimum, quem crudo pòſt exactè admiſcebis, eodem in marmore: His ità mixtis, pulverem impone phialæ pedalis longitudinis. Locetur phiala (goſſypio obturata) ad ejus medietatem in arena, tum primùm adde ignem lentum; dein paulatim prunis accenſis, per gradus ignis augeatur, per ſex horas. Quod ſublimatum aſcenderit in regionem mediam, id colligatur: quod in ſupremam, venenatæ admodùm eſt qualitatis, ulceribus ſolummodò externis aptum: quod reſidet in ima vaſis parte, nulli eſt uſui. In medio quod ſublimatum ſi dulce ſine acrimoniâ, res rectè habet; ſin minùs, ſecundò opus iteretur; Mercurius (ut anteà) iterum ſublimetur, ut vivum crudum aſcendentem ſepares, & ſic deinceps. Nam quò ſæpiùs reiteratur opus, eò perfectius evadit medicamentum.

## MERCURIUS DULCIS PRÆCIPITATUS.

℞ Mercurii crudi ex Sale marino per retortam pulſi, vel ex Cinnabari vulgari revivificati, partem unam, Aquæ fortis (ex partibus duabus Vitrioli calcinati, & parte una Salis Petræ deſiccati paratæ partes duas:) fiat diſſolutio in phiala ſuper cineribus tepidulis: Paretur muria ex aqua pluvia & ſalis marini tanta quantitate, quantam ipſa aqua poterit diſſolvere, filtretur, vel per chartam emporeticam agatur: In hanc muriam, quæ ovum immiſſum ſuſtineat, effundatur Mercurii ſolutio: Illicò præcipitabitur pulvis albus, ad inſipiditatem abluendus aquâ pluviâ tepidulâ, deinde etiam aquis cardiacis, & recondendus poſt exiccationem vaſe vitreo.

## MERCURIUS VITÆ.

℞ Oleum Antimonii ex ejus & Mercurii ſublimati æquis partibus deſtillatum in pinguedinem ad aerem in aperto vaſe, diſſolubilem. Projiciatur in aquâ puriſſimâ, quæ ilicò lactea evadet, atque præcipitabitur pulvis niveus multiplici ablutione aquæ pluviæ tepentis dulcorandus, & ſervandus ad uſum.

## SACCHARUM SATURNI.

℞ Minii quantum volueris, cui in phiala affunde tantum aceti diſtillati (ſpiritus videlicet ab omni phlegmate ſeparati) quantum ſatis, ut ſupernatet quatuor digitis: fiat digeſtio in B. vel fimo per horas viginti quatuor

quatuor: ſepara acetum dulce, novumque affunde toties, donec nulla dulcedo amplius extrahatur. Liquores omnes mixtos in vaſe fictili lapideo non poroſo, quod ignem ferre valeat: impone igni lento, & fiat exhalatio donec in ſuperficie concreſcat pellicula. Vas relinquatur in cella, & quæ congelabuntur Cryſtalli à reſiduo liquore ſeparentur. Liquor iterum exhalet ad pelliculam, & fiat ut ſuprà, donec nullæ ampliùs Cryſtalli concreſcant. Tandem fiat diſſolutio in aqua pluvia diſtillata, filtratio & coagulatio Sacchari Cryſtallini dulciſſimi.

## SAL VITRIOLI
### *Carneus.*

℞ Vitrioli Ungarici, vel Anglici quantum volueris: ponatur in Crucibulum amplum circumpoſito igne, donec fiat pulvis violaceus, ſive obſcurè purpureus. Calx iſta Vitrioli per partes projiciatur in phialam amplam vitream, in qua ſit aqua communis deſtillata, continuò agitando baculo, donec aqua, quæ primò valdè incaleſcit, denuò refrigeſcat. Sinantur omnia per horas viginti quatuor; filtretur liquor per chartam griſeam bibulam: tandem in ſcutella vitrea fiat exhalatio ad ſiccitatem, & ſervetur Sal roſei ſeu carnei coloris.

## SAL VITRIOLI
### *Albus.*

*Item* Vitriolum album diſſolvatur in aqua diſtillata, diſſolutio agatur per filtrum chartaceum, & vel cryſtallizetur ut Plumbi Saccharum, vel per omnimodam exhalationem reducatur in Salem album, ſeu Vitriolum depuratum.

## TURBITH MINERALE.

℞ Mercurii crudi puriſſimi, Olei Vitrioli ab omni phlegmate ſeparati, ana partes æquales: ponantur in phialam, quæ imponatur primò cineribus calidis; deinde pedetentim ipſis prunis, dato igne per gradus, donec totum Vitrioli Oleum abierit in auras, reſtante in fundo vaſis maſsâ albâ, quæ ſeparata à portiuncula Mercurii crudi, projiciatur in aquam diſtillatã, vel pluviam. Illicò flaveſcit, abluatur ſæpiùs aquâ tepidâ ad dulcedinem, mox etiam aquis cardiacis, & ſiccetur.

VIT-

## VITRVM ANTIMONII.

℞ Antimonii ſplendidi & ſcintillantis quantum volueris: tritum ſubtiliſſimè conjiciatur in vas fictile amplum, & ſuccenſis carbonibus urgeatur ſub dio continuò agitando rudiculâ ferreâ, donec in glebas concreſcat: tunc iterum teratur in pulverem, fiatque ut ſuprâ donec concreſcat iterum, & tamdiu iteretur labor, donec ſplendor omnis evanuerit, vapor nullus elevetur, & Stibium ſit inſtar cineris albicantis: nullumque edat fumum, pulvis in laminam candentem projectus.

℞ Hujus calcis libram ſemiſſem, Boracis, ſeu Chryſocollæ factitiæ ſemunciam: vel accipe Calcis Antimonii uncias tres, Salis gemmæ ſemidrachmam. Ponantur in fictile vas fuſoriũ aurifabrorum, crucibulum dictum, quod tegulâ tectum igni validiſſimo exponatur, donec materia fluat inſtar aquæ: projiciatur in pelvim tonſoris, & vitrum hyacinthinum reſervetur.

## TARTARVM VITRIOLATVM.

℞ Liquoris Tartari (ut priùs) præparati uncias quatuor. Olei Vitrioli optimè rectificati uncias duas; illudque guttatim ſuprà Tartari liquorem in vitro capaci inſtilla: ſic fiet coagulum albiſſimum; humiditas ſupernatans evocetur lento calore ad ſiccitatem Salis: & ſervetur ad uſum.

## NEPENTHES OPIATVM.

℞ Tincturæ Opii cum aceto diſtillato primò, deinde cum ſpiritu vini paratæ. Extracti Croci per Vini ſpiritum, ana unciam unam.

Salis Perlarum & Coralliorum, ana unciam dimidiam.

Tincturæ Specierum Diambræ drachmas ſeptem.

Ambræ griſeæ drachmam unã. Miſce, Coagula ad form. pilul. lento balnei calore.

EXTRAC-

# EXTRACTORVM CONFICIENDORVM RATIO.

QUoniam multi Extractorum laudes mirificè prædicant, licèt illa effectui, uti continua exploratum habemus experientia, minimè reſpondeant, ne aliorum votis penitùs deeſſe videamur, hîc generalem ipſorum conficiendorum modum & rationem ſubjungere potiùs, quàm futilem & inutilem hinc inde deſumptam Receptorum farraginem congerere, & rudioribus vana oſtentatione imponere, viſum eſt.

℞ Maſſæ cujuſvis pilularum, ſive ſpecierum, pulverumve quorumlibet, quantum vis: infundantur iſta, ſive iſtorum quodlibet, in aquæ ſtillatitiæ intentioni Medici præſcribentis accommodatæ, quantitate ſufficienti: ſtent in calore balnei biduò, aut ſi duriora fuerint triduò, donec omnis materiæ infuſæ tinctura extrahatur: quòd ſi experiri placuerit, ſitne tota educta, primus liquor per manicam Hippocratis tranſeat, aut chartam emporeticam; affundatur reliquiis liquor novus, rurſus dirigendo ut priùs, quo tincto, procedendum eſt ut anteà. Liquores ſic collecti, modò tincti, in balneo M. poſiti

lento

lento calore evocentur; materia in fundo ad mellis conſiſtentiam redacta, reſervetur ad uſum: ut diuturniore tempore maneat humecta, Salis proprii aut alterius idonei momentum adjicere convenit: videlicet cuilibet unciæ extracti ſcrupulos duos vel drachmam dimidiam Salis.

Aquis ſtillatitiis addi ſolet, Olei Vitrioli, aut Sulphuris, liquoriſve cujuſvis acidi ut Olei Salis, ea quantitas, quæ guſtui non futura eſt ingrata, ut altiùs & expeditiùs in partes rerum ſolidarum durarumque intimas penetret, & effrænem medicamenti purgantis vim operationemque retundat: his intentionibus Vini ſpiritus abundè ſatisfacit, ſed ejus tum potiſſimùm uſus eſt, cum medicamentorum cordialium humidum radicale & primigenium deſideramus, vel medicamenta purgantia fortiora, vel opiata, præparare volumus.

SALIUM

# SALIUM EX OMNI GENERE VEGETABILIUM CONFICIENDORUM MODUS.

QUI ex plantis elicitur, ſal duplex eſt: unus volatilis, qui ignis violentia facillimè diſcutitur & evaneſcit, (quem & eſſentialem vocant) alius fixus, qui ignis intentiorem gradum ſuſtinet, & in cineribus relinquitur.

## MODUS CONFICIENDI SALIS VOLATILIS SIVE ESSENTIALIS.

Sal volatilis ſic paratur,

℞ Plantæ alicujus convenientis, recentis, & ſucculentæ amplam ſatis quantitatem; contunde in mortario ligneo vel lapideo, & affuſâ aquâ pluviali depuratâ vel fontanâ clarâ, multâ, coquatur ad medietatis conſumptionem. Decoctum exprime fortiter, & cola. Colaturam iterum coque uſque ad ſpiſſitudinem mellis liquidi. Quod reliquum eſt decocti, ponatur in vaſe vitreo vel fictili vitreato in locum frigidum per octiduum ſaltem, & ſal cryſtallinus concreſcet, in modum ſalis gemmæ. Effuſo decocto colligitur, & propriâ aquâ abluitur, & ſiccatur. Hoc modo conficitur

citur Sal ex Abſinthio, Carduo benedicto, Artemiſiâ, & ex aliis etiam herbis amarulentis facillimè; ex dulcioribus autem non item, vel cum ſummâ difficultate.

## MODUS CONFICIENDI SALIS FIXI SIVE ELEMENTALIS.

Salis hujus præparandi ratio his quatuor conſtat,

Calcinatione,
Solutione,
Filtratione,
Coagulatione,

Ut ritè igitur conficiatur, primò omnium cineres albi calcinatione procurandi ſunt; ubi tamen cautio ſit, ne nimiâ combuſtione vel in vitrum abeant, vel avolet ſubtilior pars ſalis, quòd ſæpè accidit in calcinatione Cochleariæ, & aliarum etiam ejuſdem naturæ plantarum. Deinde ex cineribus (affusâ aquâ clarâ, purâ, ebulliente, donec omnis ſalſedo extracta fuerit) lixivium fiat. Lixivium filtra, & in vaſe fictili ad carbones lento igne coque ut aqua exhalet, & ſal relinquatur, cui depuratio ulterior neceſſaria eſt: ſolvatur igitur denuò, filtretur & demùm coaguletur: repetitâ enim, & crebrâ filtratione, ac ſolutione ſal omnem impuritatem deponit, ac planè albus ac mundus evadit; & hic modus generalis eſt. Sic enim parantur ſales ex herbis, fruticibus, & arborum cujuſcunque generis particulis in cineres albos redactis, quod verum etiam eſt de partibus animalium calcinatis, & aliquibus etiam lapidibus: ſed hæc obiter. Inter ſales fixos excellunt, Sal Abſinthii, Thymi, Roriſmarini, Centaurii minoris, Artemiſiæ, Cardui benedicti, Imperatoriæ, Petroſelini, Ononidis, Fraxini, Ebuli, Guaiaci, Buxi, Chamæmeli, Hyperici, Cichorii, Chelidoniæ, Cochleariæ, Betonicæ, Eupatorii, Meliſſæ, Cetrach, &c.

MEDICA-

# MEDICAMENTORUM QUORUNDAM PRÆPARATIONES PHARMACOPOEIS APPRIME NECESSARIÆ.

## ÆRIS USTIO. *AUG.*

ÆRis bracteæ in fictile immittantur, interpoſito inter ſingulas lamellas Salis communis, aut Sulphuris pulvere, atque ſic ſtratum ſuper ſtratum paretur, quod igne uratur ad ſufficientiam; cinis relictus aquâ calidâ ſæpiùs affusâ dulcoretur, qui rubecans evadit à Sale vel nitro, Niger ſi per Sulphur præparetur.

## ALOEN ABLUENDI MODUS.

℞ ALoes ſubtiliter tritæ q. v. imponatur in ollam vitreatam cum aquæ bullientis quantitate ſufficienti, ut duobus aut tribus digitis ſupernatet aqua, ſpatulâ agitando, ut partes Aloes puriores aquæ commiſceantur, quâ effusâ alia aqua ſuperinjiciatur calida, & ſimiliter agitetur & effundatur, ut ſordes parteſque impuriores ſegregari poſſint, puriſſimæ autem aquæ ſimul collectæ, evaporatione humiditatis redigantur in Maſſam uſui aſſervandam.

## ANTISPODII PRAEPARATIO.

℞ EBoris electi, ſecti in fruſta haud parua q.v. comburantur in olla vel patina aperta in fornace figulina, donec penitùs albeſcant; quæ poſteà, ſubtiliſſimè trita laventur aquâ

 Roſaceâ,

Roſaceâ, (ſint libræ duæ ad lib. 1. eboris) & denuò ſiccata abluantur eadem quantitate roſaceæ, & tertio, cum Camphoræ drach: quatuor, in libra roſaceæ diſſolutis; tum lævigata in marmore formentur in Trochiſcos uſui aſſervandos.

Simili modo ex cornu Cervi fieri poteſt.

## BOLI ARMENI PRÆPARATIO.

HUjus præparatio à multis Aquâ Roſaceâ perficitur, ab aliis verò Aceto, à nonnullis cum Vino, Bolum autem lævigatum ſolvunt toties; dum ſordes & arenulæ auferantur, dein ſiccatus in aere vel Sole, tectus reponitur.

## BRYONIÆ FOECVLA.

℞ RAdicum Bryoniæ q. v. cultello abradantur, & ſuccus prælo forti exprimatur, qui in vaſculis ſine motu detentus poſt paucas horas, fœces albiſſimas inſtar Amyli deponet, aquâ turbidâ ſupernatante, quâ per inclinationem ſeparatâ, fœces deſiccentur in vitreatis vaſculis.

## BVTYRVM MAIALE.

℞ BUtyrum recens ſine ſale ſub menſis Maii medio vel circa finem collectum, imponatur in vas terreum vitreatum latum, & in Sole collocetur, ut undiquaque liquetur: quod optimè liquatum, dum Sol eſt ferventiſſimus, tranſcoletur per pannum lineum ſpiſſum, & non exprimatur; quod denuò Soli expoſitum; & tandem album factum rurſus coletur, & reſervetur per totum annum.

## CALCIS VIVÆ ABLVTIO.

TRita Calx in catino copioſâ aquâ dulci miſcetur, potiſſimũ tempore Canicularium, & multum agitatur, cumque in fundo reſederit, mutatur aqua, ac commiſcetur denuò, atque id repetitur ſepties vel octies, ſingulis vicibus per filtrum colando: tandem Roſacea affunditur, & Calx ſiccata aſſervatur.

## CANCRORVM FLUVIATILIVM USTIO.

CAncri fluviatiles vivi aſſentur in ænea patella ad ignem temperatum

peratum (haud vehementem) poſitâ, donec in tenuiſſimum pulverem redigi queant: dein pulveriſentur, & pulvis recondatur in pyxide munda; & ſervetur in loco ſicco, & hic pulvis durat per annum.

## LIMATURÆ CHALYBIS PRÆPARATIO VULGARIS.

℞ Limaturæ Chalybis q. v. ab omni immunditie per magnetē depuratæ, deinde lavetur aquâ dulci, & protinùs exiccetur, deinde irroretur aceto vini fortiſſimo, ſæpiùs undiquaque in vertendo, exponatur, & exiccetur in umbra, bis terve inſpergendo novum acetum, ſicque ſtet per dies triginta, poſteà teratur in pulverem tenuiſſimum, & ſervetur uſui.

In Chalybe qui præparatur ad ignem cum Sulphure, obſervandum eſt, ut niſi ſapor Vitriolatus remaneat in Chalybe poſt uſtionem, vim aperiendi amiſerit, & ſit inutilis.

## CORALLIORUM ET LAPIDUM PRETIOSORUM PRÆPARATIO.

Corallia & Lapides pretioſi, eodem modo præparentur, quo Margaritæ, ſolio ſequētē.

## CORIANDRORUM PRÆPARATIO.

Coriandrorum ſemina acri Aceto horis viginti quatuor macerentur, deinde ſiccata recondantur. Eodem modo præparentur ſemina Cymini.

## ELATERII PRÆPARATIO.

℞ Cucumerum agreſtium jam penè maturorum q. v. ſcindantur ſupino cultro, & ſuccus leviſſimè primoribus digitis exprimatur, & trajiciatur per ſetaceum tenuiſſimum, deinde reſideat dum craſſiorem depoſuerit partem, tnnc tenuior ſupernatans effundatur per inclinationem in aliud vas terreum mundum vitreatum: & linteo coopertū Soli exponatur dum exaruerit, & ſervetur ad uſum.

## RADIC: ESULÆ PRÆPARATIO.

Cortices Eſulæ benè mundatos infunde per triduum in Aceto vini acerrimo, deinde exiccentur, & ſerventur uſui.

Eodem modo præparantur

Folia Laureolæ,
Mezerei.
Fructus Thymeleæ, i. grani Gnidii.

## EVPHORBII PRÆPARATIO.

EUphorbium ſubtiliſsimè pulveriſatum in lapide, cum ſ. q. Olei Amygdalarum dulcium, inſtar Collyrii fricatur, & atteritur; Maſſa poſtmodùm pomo Cydonio excavato, vel Citrio inditur, paſtâque panis obvolvitur, & ſic in clibano coquitur. Euphorbium ſic præparatum vaſe vitreo benè obturato reconditur.

## GERSÆ SEV CERVSSÆ SERPENTARIÆ FACIENDÆ MODVS.

℞ RAdicum Ari primo Vere, antequam in folia abeunt, collectarum quantum vis: abluantur & mundentur ab exteriore cortice, deinde in mortario lapideo contundantur, & ſuccus prælo extrahatur, qui linteo tectus Sole exiccetur, poſteáque aquâ Roſaceâ lavetur, rurſuſq; ſiccetur, & reponatur.

## HELLEBORI NIGRI PRÆPARATIO.

RAdices Hellebori nigri, prout apud nos habentur, demptâ ligneâ medullâ, triduo macerentur in ſucco Cydoniorum, moderato calore, poſtea benè exiccatæ reponantur.

## SANGVINIS HIRCINI PRÆPARATIO.

HIrcum mediocris ætatis domi alito per menſem, illi exhibendo Pimpinellam, Apium, Petroſelinum, Malvam, Leviſticum, & ſimilia; deinde ſanguinem eius, qui ex arteriis apertis fluxerit excipito, & concreſcere ſinito, aqueum ichorem effunde, grumos verò ſanguinis in furno exicca. Mactandus autem eſt Hircus ſub finem æſtatis, circa dies Caniculares.

## HIRVNDINVM VSTIO. *AVG.*

PVlli Hirundinum ita iugulentur, ut ſanguis ſuper alas defluat: hi modico trito Sale aſpergantur, ac in novo fictili vitreato probè obturato urantur,

cinis

cinis reſervetur ad uſum.

Eodem modo comburuntur Erinacei, Buſones, Ranæ, ſed ſine Sale.

## LACCÆ PRÆPARATIO.

℞ LAccæ immundæ (alioquin fruſtraneũ eſſet opus, quod ſincerum eſt lavare) parùm fractæ, non in pulverem redactæ, quantum vis, decoquatur in Aqua, cui Ariſtolochia & Schœnanthos, ana p. æ. incocta; donec purior pars ſupernatet, ſordeſque in fundo ſubſederint; purior illa pars auferatur, & in Sole tecta, vel vaporario exiccetur, & ſic reſervetur ad uſum.

## LAPIDIS LAZULI PRÆPARATIO.

LApis Lazuli minutiſſimè confractus aquæ injiciatur, ſæpiùs agitando, deinde ubi ſubſederit, aqua effundatur; idque toties repetatur, donec aqua pura maneat. Illud vero obſervandum, quòd hæc præparatio ad pilulas ſatis ſit commoda; ſin verò ad Confectionem Alkermes adhibeatur, uſtione præparari debet.

## LUMBRICORUM PRÆPARATIO.

LUmbrici fiſſi & mundati q. v. Vino toties laventur, donec omnem impuritatem depoſuerint; deinde ſiccentur, & reponantur.

## MARGARITARUM PRÆPARATIO VULGARIS.

MArgaritæ in mortario ex chalybe, vel ex ferro fuſo, comminuantur, & in pollinem tenuiſſimum redigantur, tantillo interim aquæ Roſaceæ affuſo, ne partes ſubtiliores avolent, & ita ſecuriùs conſervantur, ne earum virtus exhalatione abſumatur.

## MILLEPEDUM PRÆPARATIO.

℞ MIllepedum q. v. abluito diligenter Vino albo generoſo, mox in ollam conjicito novam vitreatam, ac poſteà in furno exiccentur, ut poſſint in pulverem redigi.

## OESIPVM FACIENDI MODUS.

LAnæ ſuccidæ, hoc eſt, nondum purgatæ, quæ ex collo, coxis, & alis ovium defatigatarũ fuerit detonſa, affundatur aqua ſervens pluries, & lavetur diligenter quouſque omnem pinguedinem in aquam depoſuerit. Poſteà expreſſa lana ſeponatur, & aqua illa pinguis & ſordida ex vaſculo in aliud diutiſſimè ex alto fundatur, & refundatur, donec ſpumoſa fiat, ac tum ſpuma ſinatur ſubſidere, & colligatur aquæ innatans pinguedo, iterumque aqua ut priùs refundatur, donec ſpumet, ac innatans pinguedo auferatur, quod tam diù fiat, donec non ampliùs appareat ſpuma, & nulla ſuper aquam concreſcat pinguedo. Tum collectam pinguedinem cum ſpuma in aquâ purâ manu ſubigendo lava, ſordeſque immixtas, ſæpiùs immutando aquam, aufer, donec aqua pura effluat, & pinguedo linguæ admota non mordeat, deinde reponatur in fictili denſo, & mundo, in loco frigido.

## PLVMBVM ELOTVM
*DIOSCORID. l. 5. c. 95.*

AQua in plumbeum mortariũ injecta, piſtillo plumbeo laborioſè agitetur, dum nigreſcat, & limi modo craſſeſcat lutulenta. Linteolo dein coletur, aquâ ſuperaffusâ, ut quicquid diſſolutum incernatur. Id repete, dum ſit ſatis. Lotum ubi ſubſederit, effusâ priore aquâ, & affusâ novâ lavetur ut Cadmeia, nigrities dum extet nulla. Demùm in paſtillos efformatum reponatur. Modos ex illo alios non addimus, quòd iſto hodiè utantur alii, (Norimbergenſes.)

## PLVMBVM VSTVM,
*DIOSCOR. l. 5. c. 96.*

TEnuiſſimas in Plumbi laminas, recente ſtratas fictili, Sulphur inſpergito; & laminis adjectis aliis, ſed interjecto novo Sulphure, & rurſum aliis, donec vas impleatur, ignem ſuccendito. Flagrante Plumbo, rude ferreâ verſato, prorsùs in cinerem dum redigatur, & Plumbi uſtum nihil adhæſerit. Occluſis demùm naribus eximito, ne Sulphuris aut Plumbi halitus ſit noxius. Hinc ut Ceruſſam elue. Ibidem, & aliter, præſcribit

bit idem; ſed hic, qui urunt hâc ætate.

## PLVMBI CRVDI PVLVIS. *FERN.* meth. *6*.c.*16*.f.

PLumbum in tenuiſſimas ducatur laminas: hæ concidantur minutiſſimè, acerrimo aceto immergantur per triduum, aceto indies mutato, macerentur: exemptæ, & citrà uſtionem igne ſiccatæ, terantur in mortario laboriosè: in pulverem ſic tenuiſſimum læviſſimumque redigantur, pulvis uſui reſervetur.

## PULMONUM VULPIS PRÆPARATIO.

PUlmones Vulpis recentes, exemptâ priùs aſperâ arteriâ, Vino albo cui Hyſſopus & Scabioſa priùs incoctæ, diligenter lava, deinde in furno temperatè calido ſicca, ità tamen ut non comburantur, poſtea reponantur involuti Abſinthio, Marrubio, vel Hyſſopo ſiccis.

## SIMPLEX PRÆPARATIO SCAMMONII.

℞ SCammonii, electi, lacteſcentis, in pulverem redacti libram unam.

Succi Cydoniorum uncias octo.

Commiſceantur, & poſt macerationem viginti quatuor horarum, lento calore humiditas evaporetur, reſiduum ſervetur ad uſum. 2ª.

Vel Pulvis Scammonii imponi ſolet in Cydonia excavata, quæ poſteà paſtâ circumlinuntur, & in furno, vel ſub cineribus aſſantur ſ. a. & poſteà eximatur Scammonium, & ſervetur ad uſum.

## SCAMMONII 3ª.

℞ SCammonii pulverizati uncias quatuor.

Imponantur in phialam vitream, addendo Succi Cydoniorũ depurati tantum, ut ſupernatet tribus digitis vel quatuor. Stet in Balneo calido, donec lacteſcat: ſeparetur liquor per inclinationem, & repetatur ſuccus alius toties donec ampliùs non lacteſcit. Sinatur hic liquor reſidere, & reponatur reſidentia in fictile vitreatum, & ſtet in Sole vel ſtupha.

## SCILLÆ PRÆPARATIO AD TROCHISCOS, non multùm abſimile pag. 121.col.2.

℞ SCillam magnam recentem abjectis ejus exterioribus aridis,

dis tunicis, involve paſtæ panis & aſſato eam in furno cum panibus, donec panes percocti fuerint. Hinc è furno exime Scillam, & ſigillatim omnes tunicas detrahe, & funiculo trajectas (ut ſe invicem tunicæ non contingant) in calido loco exiccato, ſervatoque; abjiciatur verò medium Scillæ cor, unde germen enaſci ſolet. Illud etiam obſervandum eſt, Scillam non eſſe incidendam ferreo cultro, ſed ligneo, oſſeo, aut eburneo; nam contrahit à ferro venenoſam quandam rubiginem. Ad Acetum & Vinum rectiùs præparetur, laminas ſeparando, & exiccando in umbra.

## TEREBINTHINÆ COQUENDÆ MODUS.

℞ Terebinthinæ Venetæ librã unam: cui affundatur aquæ ſatis magna quantitas, (ſcilicet libræ viginti quatuor,) in qua tam diù coquatur, donec odorem amittat; inſpiſſetur, indureſcat, & Reſinæ modo friabilis fiat, vitri modo diſſiliat, & albida inter coquendum agitando evadat.

## TUTIÆ PRÆPARATIO.

Tutia Arabum, ſeu Græcorũ Cadmia ter ſaltem in crucibulo candefacta, aquâ Roſarum toties extincta, demùm lævigata, linteo mundo incluſa, in vaſe aquâ limpidâ pleno, huc illuc ducatur & agitetur, ut ejus tenuior & utilior pars in aquã effluat; impurior & craſſior in linteo remaneat: reſidere permittatur, & aqua effundatur, atque aliâ denuò affuſâ, idem opus repetatur, donec in inteo nihil utile remaneat, &c.

# INDEX COMPOSITORVM.


A.

A caciæ Subſtitut. 47
Acetum Anthoſatum. 16
Acetum Calendulatum. 16
Acetum Caryophyllatum Tunicę. 16
Acetum Diſtillatum. 16
Acetum Roſaceum *Meſ.* 16
Acetum Salviatum. 16
Acetum Sambucinum *Meſ.* 16
Acetum Scilliticum *Meſ.* 16
Acetum Theriacale *Norimb.* 17
Acetum Theriacale. 17
Æris Uſtio. 197
Agaricus Trochiſcatus. 118
Aloe Roſata. 197
Aloen abluendi modus. 197
Antidotum Hæmagogon *Rom.* 77
Antidotus Analeptica *Fern.* 72
Antidotus magna Matthioli. 80
Antimonii Vitrum. 192
Antiſpodii Præparatio. 197
Aquę Simpliciores. 1,2,3
Aqua Abſinthii Compoſita. 4
Aqua Aluminis Magiſtralis *Fal.* 14
Aqua Angelicæ magis compoſita. 4
Aqua Antepileptica Langii. 9
Aqua Bezoartica brevis Langii. 5
Aqua Bezoartica Matthioli. 5
Aqua Caponis. 6
Aqua Cynnamomi. 6
Aqua Cynnamomi Clareta. 6
Aqua Cinnamomi Matthioli. 6
Aqua Cœleſtis Matthioli. 7
Aqua Compoſita. 13
Aqua Cordialis. 8
Aqua Cordialis Frigida Saxoniæ. 8
Aqua Fortis. 186
Aqua Hyſterica cum Extracto. 9
Aqua Imperialis. 9
Aqua Mariæ. 10
Aqua Meliſſæ magis compoſita. 10
Aqua Mellis. 186
Aqua Mirabilis. 10
Aqua Protheriacalis. 12
Aqua Roris Solis vulgo Roſa Solis. 11
Aqua Doctoris *Stephani.* 11
Aqua Theriacalis Lugdunenſis. 12
Aqua Theriacalis Stillatitia. 12
Aqua Vitæ. 13
Aqua Uſquebach. 14
Aromaticum Caryophyllatum. 56
Aromaticum Roſatum. 56
Athanaſia Mithridatis è *Galeno.* 73

B.

Balſamum Magiſtrale Florent. 134
Benedicta Laxativa. 87
Boli Armeni Pręparatio. 198
Bryoniæ Fæcula. 198
Butyrum Maiale. 198

C.

Calcis vivæ ablutio. 198
Cancrorum fluviatilium Vſtio. 198
Caryocoſtinum. *Bayr. è Gal.* 87
Caſſia extracta pro Clyſteribus *Aug.* 87
Caſſia extracta cum foliis Sennæ. 89
Caſſia extracta ſine foliis Sennæ. 88
Caules Conditæ. 51
Ceratum Ammoniacum. 178
Ceratum de Galbano. 178
Ceratum Oeſipatum. *Gal.* 178
Ceratum Santalinum. 178
Ceratum Stomachicum. 179
Chalybis limaturę pręparatio. 199
Chalybs præparatus per Inſolationem. 187
Chalybs pręparatus per Vſtionem. 187
Condita. 51
Confectio Alkermes. 72
Confectio Hamech *Meſ.* 92
Confectio Humain. *Meſ.* 76
Confectio de Hyacintho. 76
Confectio Liberans. 66
Confectio de Thure. 55
Conſervæ Florum. 53
Conſervæ & Sacchara. 53
Coralliorum Præparatio. 199
Coriandrorum Præparatio. 199
Cornu Cervini Vſtio. 199
Cortices conditi. 51
Cremor ſive Sal Tartari. 187
Crocomagma *Damocratis.* 113
Crocus Martis. 187
Crocus Metallorum. 188
Cymini Pręparatio. 199

D.

Decoctum Carminativum. 18
Decoctum Commune pro Clyſtere. 18
Decoctum Commune pro medicina. 18
Decoctum Epithymi *Meſ.* 19
Decoctum Florum & Fructuum. 19
Decoctum Pectorale. 19
Decoctum Sennę *Gereonis.* 20
Diacalaminthes compoſ: *Fern.* 58
Diacalaminthes ſimplex *Gal.* 58
Diacapparis *Gilberti.* 74
Diacarthamum ſeu Diacniçum *Arnoldi.* 89
Diacaryon ſeu Dianucum *Galeni.* 42


Diacaſſia

Diacaſſia cum Manna. 88
Diacatholicon, *Nicolai.* 90
Diachylon Compoſitum. 165
Diachylon Ireatum. 164
Diachylon Magnum, *Meſ.* 164
Diachylon Magnum cum Gummi. 165
Diachylon ſimplex, *Meſ.* 164
Diacinnamomu. 74
Diacodium *Galeni.* 42
Diacodium Solidum ſive Tabulatum. 54
Diacodium. 28
Diacorallion uſuale *Colon:* 74
Diacorum *Meſ.* 74
Diacrocuma ſive Species Elect. de Croco. 91
Diacydonium *Galeni* cum ſpeciebus. 75
Diacydonium *Londinenſe* Compoſ. 75
Diacydonium Simplex. 75
Diacyminum *Nicholai.* 59
Diagalanga *Meſ.* 59
Diaireos Salomonis *Nic.* 77
Diaireos Simplex, *Nic.* 61
Dialacca *Meſ.* 61
Diamargaritôn calidum, *Avicen.* 61
Diamargaritôn frigidum, *Nicol.* 62
Diambra *Meſ.* 62
Diamoron *Nicolai.* 42
Diamoſchu amarum, *Meſ.* 63
Diamoſchu dulce *Meſ.* 63
Dianiſum, *Meſ.* 59
Dianthon *Nicolai.* 63
Diapalma ſeu Diachalciteos. 165
Diapenidion *Nicol.* 64
Diaphœnicon calidum *Meſ.* 166
Diaphœnicon frigidum *Meſ.* 166
Diphœnicon, *Meſ.* iuxta *Fern.* 89
Diaprunum Simplex, *Nicol.* 90
Diaprunum Solutivum. 90
Diarhodon *Abbatis.* 64
Diaſatyrion *Nicholai.* 78
Diaſatyrion magis gratum. 78
Diaſcordium, *Fracaſtorii.* 82
Diatragacanthum Frigidum, *Nic.* 65
Diatrion Pipereon *Galeni.* 65
Diatrion Santalon, *Nicolai.* 65
Diaturbith cum Rhabarbaro. 71
Diaturbith majus ſine Rhabarbaro. 70
Dioſpoliticum. 64

E.

Eboris Vſtio in Antiſpodium. 197
Eclegma Scilliticum *Meſ.* 50
Elaterii Præparatio. 199
Electuarium amarum magiſtrale. 88
Elect. amarum minus. 88
Elect. de Baccis Lauri. 73
Elect. de Citro Solutivum. 91
Elect. Diaſpermatôn. 79
Elect. Eleſcoph, *Meſ.* 91
Elect. Indum minus. 92
Elect. Lenitivum. 93
Elect. de Ouo *Maxim.* 84
Elect. Paſſulatum. 93
Elect. Pectorale. 79
Elect. Reginæ *Colon.* 94
Elect. Reſumptivum. 72
Elect. è ſucco Roſarum. 93
Emplaſtrum Album coctum de Ceruſa. 159
Emplaſt. ex Ammoniaco. 159
Emplaſt. de Baccis Lauri. 160
Emplaſt. Barbarum magnum. 160
Emplaſt. de Betonica. 160
Emplaſt. Cephalicum. 163
Emplaſt. *Cæſaris.* 161
Emplaſt. Ceroma ſeu Ceroneum. 163
Emplaſt. Catagmaticum, *Vigonis.* 161
Emplaſt. Catagmaticum, *Renod.* 162
Emplaſt. ex Cicuta cum Ammoniaco. 163
Emplaſt. de Cruſta Panis. 164
Emplaſt. è Cymino. 164
Emplaſt. Divinum, *Nicol.* 167
Emplaſt. Flos Vnguentorum. 173
Emplaſt. Gratia Dei. 167
Emplaſt. Griſeũ de Lapide Calaminari. 168
Emplaſt. de Gummi Elemi. 167
Emplaſt. ad Herniam, *Fernel.* 168
Emplaſt. Hyſtericum. 169
Emplaſt. de Ianua: 169
Emplaſt. Iſis Epigoni. 171
Emplaſt. de Maſtiche, *Nic: Alex.* 171
Emplaſt. de Maſtiche, *Renod.* 169
Emplaſt. Μελεγρεστῶματιν. 172
Emplaſt. de Meliloto. 170
Emplaſt. de Minio compoſ. 170
Emplaſt. de Minio ſimp. *Lond.* 171
Emplaſt. Neruinum, *Vigonis.* 173
Emplaſt. Nigrum, *Aug. Stichpflaſter.* 172
Emplaſt. Oxycroceum, *Vig.* 174
Emplaſt. Oxycroceum, *Nic.* 173
Emplaſt. de Ranis, *Vigonis.* 174
Emplaſt. Sanctum *Andr. à Cruce.* 175
Emplaſt. ſine Pari *Anonymi.* 176
Emplaſt. Στεφανιαῖον. 175
Emplaſt. Stomachicum. 177
Emplaſt. Stomachicum *Magiſt.* 177
Eſulæ Radicis Præparatio. 199
Euphorbii Præparatio. 200
Extracta conficiendi ratio. 193
Extractum Antepilepticum. 9
Extractum Hyſtericum. 9
Extractum Theriacale. 13

F

Ferri Scoria Electuarium. 75
Flores conditi. 51

Florum

Florum conſervę. 53
Flores Sulphuris. 184
Flos Vnguentorum. 175
Fructus conditi. 51

G.

Gallia Moſchata, *Meſ.* 111
Gerſæ Serpentariæ conficiendæ modus. 196

H.

Hæmoptoici Paſtilli. 117
Hedychroon, *Androm.* 111
Hellebori nigri Præparatio. 196
Hiera cum Agarico. 98
Hiera Logadii. 94
Hiera Pachii, *Nicol. Alex.* 95
Hiera Picra ſimplex. 94
Hircini Sanguinis Pręparatio. 196
Hirundinum Uſtio. 196
Hyſtericum Emplaſtrum. 165

I.

Julapium Alexandrinum. 25
Julepum Roſatum. 25
Julepum Violatum, *Meſ.* 25

L.

Laccæ præparatio. 197
Lac. Virgineum. 20
Lapidis Lazuli præparatio. 197
Lapis Infernalis Septicus. 184
Lapis Prunellæ. 185
Laudanum. 105
Lætificans *Galeno* adſcriptus. 66
Linimentum *Arcei.* 135
Linimentum ſimplex *Placent.* 139
Lithontribon *Nic.* 67
Liquor Tartari. 182
Lohoch è Caulibus. 48
Lohoch de Papavare, *Meſ.* 48
Lohoch è Paſſulis, *Aug.* 48
Lohoch è pino, *Meſ.* 49
Lohoch è Pulmone Vulpis. 49
Lohoch Sanum & expertum. 49
Lumbricorum pręparatio. 197

M.

Magiſterium perlarum & Coralliorum & inde Sales. 185
Manus Chriſti ad Lumbricos. 54
Manus Chriſti ſimplex & perlata. 54
Margaritarum præparatio. 197
Mel Anacardinum *Azaravii.* 45
Mel Antholatum, *Meſ.* 42
Mel Emblicarum, *Aug.* 45
Mel è Mercuriali. 42
Mel Paſſularum, *Nic.* 42
Mel Roſarum, *Nicolai.* 43
Mel Roſarum commune. 43
Mel Roſarum ſolutivum. 43
Mel Violarum. 43
Mercurius Dulcis. 185
Mercurius Dulcis ſecundus. 186
Mercurius Vitæ. 186
Micleta, *Nic.* 79
Millepedum præparatio. 197
Mithridatium, *Damocratis.* 82
Miva Cydoniorum, *Meſ.* 47

N.

Nepenthes Opiatum. 188
Nutritum ſeu crudum. 139

O.

Oeſypum faciendi modus. 198
Oleum Abſinthii Chym. 176
Oleum Abſinthites. 124
Oleum Amygdalarum amararum. 121
Oleum Amygdalarum dulcium. 121
Oleum Anethinum. 124
Oleum Sem: Anethi Chym. 176
Oleum Antimonii. 180
Oleum Aparicii Benedictum. 127
Olea ex Aromatibus. 177
Oleum Arſenici. 180
Oleum Avellanarum. 121
Oleum Balſami. 179
Oleum ex Baccis Juniperi. 177
Oleum de Capparibus. 127
Oleum de Caſtoreo. 124
Oleum de Caſtoreo Jac: de Manliis. 128
Oleum Cerę Chymicum. 178
Oleum Chamæmelinum. 124
Oleum Cheirinum. 124
Oleum Cinnamomi Chym. 177
Olea ex Corticibus. 177
Oleum Coſtinum, *Meſ.* 128
Oleum Crocinum, *Meſ.* 128
Oleum Cydoniorum. 124
Oleum Enulatum. 124
Oleum Euphorbii. 124
Oleum de Euphorbio compoſ. 128
Oleum *Exceſtrenſe*, vulgo *Exceter.* 129
Oleum Formicarum, *Nic.* 124
Oleum ex Guaiaco Chym. 178
Oleum Hirundinum. 129
Oleum Hyperici. 125
Oleum Hyperici compoſ. 130
Oleum Jaſminum. 125
Oleum Irinum. 125
Oleum Irinum compoſ. 130
Oleum Latericium Philoſop. 179
Oleum Laurinum, *Meſ.* 123
Oleum ex Lignis. 178
Oleum Chymic. ex ligno Saſſafras. 178
Oleum Liguſtrinum. 179
Oleum Liliorum alborum. 179
Oleum Lumbricorum. 125
Oleum majoranæ compoſ. 131

Oleum Mandragoræ, *Nicolai*. 131
Oleum Maſtichinum. 125
Oleum Menthæ. 125
Oleum Moſchelinum. 131
Oleum Myrrhæ Chym. 178
Oleum Myrrhæ. 126
Oleum Myrtillorum. 125
Oleum Narciſſinum, 126
Oleum Nardinum, *Meſ.* 132
Oleum Sardinum Simplex. 126
Oleum Nenupharinum. 126
Oleum Nicodemi, *Fallop.* 132
Oleum Nicotianæ. 132
Oleum ex Nucleis. 122
Oleum Olivarum commune. 123
Oleum Olivarum Omphacinum. 123
Oleum Papaveris. 126
Oleum de Piperibus, *Meſ.* 133
Oleum Populneum, *Nic.* 133
Oleum Roſatum Completum. 124
Oleum Roſaceum Omphacinum. 123
Oleum Rutaceum Simplex. 126
Oleum Sabinæ. 126
Oleum Salis. 180
Oleum Sambucinum. 125
Oleum Scorpionum ſimplex. 126
Oleum ex Seminibus. 122
Oleum Sicyonum. 126
Oleum Solani. 127
Oleum de Styrace. 127
Oleum Succini. 181
Oleum Sulphuris. 181
Oleum Tartari. 181
Oleum Terebinthinæ. 178
Oleum Thuris. 179
Oleum Verbenaceum. 127
Oleum Violaceum. 127
Oleum ex vitellis Ovorum. 123
Oleum Vitrioli, 182
Oleum Vulpinum, *Meſ.* 133
Oxycroceum *Vigonis.* 170
Oxymel compoſ. *Meſ.* 43
Oxymel Elleboratum, *Geſn.* 44
Oxymel Julianizans. 44
Oxymel Scillitieum, *Damocratis.* 45
Oxymel Scilliticum ſimplex. 45
Oxymel Simplex, *Meſ.* 43
Oxyſaccharum Simplex, *Nic.* 25

P.

Paſtilli Andronis, *Galen.* 113
Penidia. 54
Philonium Perſicum, *Meſ.* 83
Philonium Romanum, *Nicol.* 84
Pilulæ de Agarico. 100
Pilulæ Aggregativę ſive Polychreſtæ. 100
Pilulæ Alephanginę. 97
Pilulæ de Aloe Lota. 98
Pilulæ Arabicæ, *Nic.* 100
Pilulę Arthriticę. 101
Pilulæ Aſſajereth, *Avicennæ.* 98
Pilulæ Aureæ. 101
Pilulę de Bdellio *Meſ.* 98
Pilulæ Cochiæ, *Rhaſis.* 101
Pilulę Cochiæ cum Helleb. 101
Pilulæ de Cynogloſſo. 106
Pilulæ ex Eſula. 105
Pilulæ ex Eupatorio, *Meſ.* 98
Pilulæ ex Euphorbio, *Meſ.* 105
Pilulæ Fœtidæ majores. 102
Pilulæ de Fumaria, *Avicen.* 102
Pilulę de Hermodactilis maj. 102
Pilulæ de Hiera cum Agarico. 98
Pilulæ Imperiales, *Fernel.* 98
Pilulæ Indæ, *Meſ. ex Haly.* 102
Pilulæ de Lapide Lazuli. 103
Pilulę Lucis Majores, *Meſ.* 103
Pilulæ Maſtichinæ, *Fernel.* 99
Pilulę Mechoacanæ, *Renod.* 104
Pilulę de Opopanace, *Meſ.* 105
Pilulæ Peſtilentiales, *Ruff.* 99
Pilulæ de Rhabarbaro. 99
Pilulę *Rudii.* 104
Pilulæ *Scribonii.* 106
Pilulæ ſine quibus eſſe nolo. 104
Pilulę Stomachicę, *Meſ.* 99
Pilulę è Styrace, *Meſ.* 106
Pilulæ de Succino. 99
Pilulæ ex Tribus, *Fern.* 100
Pilulę Turpeti Aureæ. 105
Pleres Archonticon. 68
Plumbi crudi pulvis, *Fern.* 199
Plumbum Elotum. 198
Plumbum Uſtum. 198
Pomatum ſeu Sevum Confectum. 140
Poſca. 44
Potio Vulneraria. 21
Pulmonum Vulpis Præparatio. 199
Pulpæ Conditę. 52
Pulvis Cardiacus, *Fern.* 57
Pulvis Cardiacus major, *Fernel.* 57
Pulvis ad contuſos ex caſu. 57
Pulvis *Haly.* 65
Pulvis ad Hemorrhagiam. 69
Pulvis ad Lumbricos. 71
Pulvis *Palmarii.* 68
Pulvis præſervat: à Peſte, *Montag.* 69
Pulvis *Saxonicus.* 68
Pulvis ad Scabiem. 70
Pulvis *Radulphi Holland.* 70
Pulvis Sanctus. 70
Pulvis Sennę. 70


Radices

R.

Radices Conditæ. 52
Requies, *Nicolai.* 85
Rob ſive Sapa ſimpliciter. 46
Rob de Berberis. 46
Rob de Cornis. 46
Rob de Cydoniorum. 46
Rob Prunorum acidorum. 46
Rob de Ribes. 47
Roſata novella. 69
Rotulæ Pectorales. 108

S.

Saccharum Roſatum. 55
Saccharum Saturni. 186
Salium conficiendorum modus. 191
Sal Coralliorum. 185
Sal Fixus ſive Elementalis. 192
Sal Perlarum. 185
Sal Vitrioli. 187
Sal Volatilis ſive Eſſentialis. 191
Sanguinis Hirci præparatio. 196
Sapæ. 46
Scammonii Præparatio. 199
Scillæ præp. ad Trochiſcos. 199
Semina Condita. 54
Sief de Plumbo, *Meſ.* 117
Sief de Thure, *Rhaſis.* 118
Sparadrapum, ſeu Tela *Galteri.* 171
Species cordiales temperatæ. 58
Spec: Elect: de Gemmis calidi. 60
Spec: Elect: de Gemmis frigidi. 60
Spiritus Caſtorei. 13
Stičticum *Paracelſi.* 172
Succus Prunellorum. 47
Succus Glycyrrhizæ. 47
Syrupus de Abſinthio, *Meſ.* 30
Syrup. Acetoſus compoſitus. 32
Syrup. Acetoſus ſimplex, *Meſ.* 32
Syrup. Acetoſus ſimplex, *Londin.* 32
Syrup. Acetoſitatis Citri. 33
Syrup. de Althæa, *Fernel.* 30
Syrup. de Artemiſia, *Mat: de Grad:* 31
Syrup. *Auguſtanus*, vel de Rhabarbaro *Auguſtanorum.* 32
Syrup. de Betonica compoſitus. 23
Syrup. de Betonica ſimplex. 23
Syrup. Bizantinus compoſitus. 24
Syrup. Bizantinus ſimplex. 24
Syrup. Capillorum Veneris, *Meſ.* 25
Syrup. Cardiacus, vel Julepi. 41
Syrup. de Cinnorio cum Rhabarbaro. 32
Syrup. de Cinnamomo. 26
Syrup. è Coralliis compoſitus. 26
Syrup. è Coralliis ſimplex. 26
Syrup. de Corticibus Citri, *Meſ.* 27
Syrup. Cydoniorum. 24
Syrup. Diaſereos *Andernaci.* 33
Syrup. de Epithymo, *Meſ.* 34
Syrup. de Eupatorio, *Meſ.* 34
Syrup. ex Floribus Perſicorum. 29
Syrup. Florum Nymphææ compoſitus. 27
Syrup. Florum Nymphææ ſimplex. 27
Syrup. de Fumaria compoſitus, *Fern.* 24
Syrup. è Glycyrrhiza. 35
Syrup. de Hyſſopo, *Meſ.* 35
Syrup. Infuſionis flor: Caryophyllorum. 27
Syrup. ex Iva Arthritica. 36
Syrup. Jujubinus, *Meſ.* 35
Syrup. Magiſtralis ad Melancholiam. 36
Syrup. de Meconio, *Meſ.* 29
Syrup. Meliſſophylli. 37
Syrup. de Mentha, major. 37
Syrup. Myrtinus, *Nicolai.* 38
Syrup. è Papavare. 28
Syrup. de Papavere compoſitus. 28
Syrup. de papavere Erratico. 28
Syrup. de pomis, *Fern.* 38
Syrup. de pomis *Regis Saporis.* 38
Syrup. de portulaca, *Meſ.* 25
Syrup. de praſio, *Fernel.* 30
Syrup. de Quinque Radicibus. 40
Syrup. Raphani *Fern.* 39
Syrup. Roſaceus ſolutivus, *Meſ.* 29
Syrup. Roſaceus ſolutivus cum Agarico. 29
Syrup. Roſac. ſolut. Helleboratus. 29
Syrup. Roſac. ſolut. ſine Helleboro. 32
Syrup. de Roſis ſiccis, *Meſ.* 29
Syrup. *Scabioſæ* compoſ. Magiſtralis. 40
Syrup. de Scolopendrio, *Fern.* 40
Syrup. de Stœchade, *Meſ.* 41
Syrup. de Symphyto. 31
Syrup. de Tuſſilagine compoſitus. 25
Syrup. Violarum. 30
Syrup. è Succo Violarum. 30

T.

Tapſimel. 153
Tapſivalentia *Ioh: Ardern.* 152
Tartarum Vitriolatum. 188
Terebinthinæ coquendæ modus. 200
Theriaca *Andromachi.* 85
Theriaca Diateſsaron. 80
Theriaca *Londinenſis.* 87
Trochiſci de Abſinthio, *Meſ.* 107
Trochiſci de Agarico. 118
Trochiſci albi, *Rhaſis.* 116
Trochiſci Alexiterii, *Renod.* 107
Trochiſci Alhandal, *Meſ.* 118
Trochiſci Alipte Moſchatæ. 107
Trochiſci Alkekengi. 116
Trochiſci de Aniſo, *Meſ.* 108
Trochiſci Bechici albi, vel Rotulæ pectorales. 108

Trochiſci

Trochiſci Bechici nigri, *Rhaſis.* 108
Trochiſci de Berberis, *Meſ.* 108
Trochiſci de Camphora, *Meſ.* 109
Trochiſci de Cappatibus, *Meſ.* 109
Trochiſci de Carabe, *Meſ.* 117
Trochiſci Cypheos, *Damocratis.* 109
Trochiſci Diacorall. 117
Trochiſci Diarhodon, *Meſ.* 110
Trochiſci Diaſpermaton. 117
Trochiſci de Euparorio, *Meſ.* 110
Trochiſci de Gallia Moſchata. 110
Trochiſci *Gordonii.* 110
Trochiſci Hedychroi: *Androm:* 111
Trochiſci Hyſterici, *Renod.* 111
Trochiſci de Lacca, *Meſ.* 112
Trochiſci de Ligno Aloes, *Meſ.* 113
Trochiſci Muſę, *Galen.* 113
Trochiſci è Myrrha, *Rhaſis.* 112
Trochiſci Polyidæ Sphragis. 113
Trochiſci Ramich, *Meſ.* 114
Trochiſci de Rhabarbaro, *Meſ.* 118
Trochiſci de Roſis, *Meſ.* 114
Trochiſci de Santalis majores. 115
Trochiſci de Scilla, *Galeni.* 114
Trochiſci de Spodio, *Meſ.* 115
Trochiſci è Succino. 118
Trochiſci de Terra Lemnia. 112
Trochiſci è Violis ſolutis. 119
Trochiſci de Vipera. 115
Trochiſci Viticis ſive Agni Caſti. 116
Tryphera minor, *Meſ.* 55
Tryphera Solutiva, *Renod.* 16
Turbith minerale. 191
Tutię Præparatio. 200

V

Valentia Scabioſa *Iob: Ardern.* 151
Vinum Abſinthites. 15
Vinum Anthoſatum. 15
Vinum Scilliticum. 15
Vnguentum Adſtringens. 141
Vng. Ægyptiacum, *Meſ.* 135
Vng. Agrippæ, *Nicolai.* 142
Vng. de Alabaſtro. 142
Vng. Album. *Rhaſis.* 135
Vng. Anodynum ex *Cordo.* 135
Vng. Apoſtolorum. 142
Vng. è ſuccis Aperitivis primum *Fœſii.* 143
ſecundum *Fœſii.* 144
Vng. Aregon *Nicolai.* 143
Vng. de Artanita majus. 144
Vng. Aureum, *Meſ.* 136
Vng. Baſilicon majus. 136
Vng. Baſilicon minus. 136
Vng. ex Bdellio, *Meſ.* 136
Vng. de Calce, *Fœſii.* 137
Vng. Catapſoras. 145
Vng. Citrinum ſeu Citrium. 145
Vng. Comitiſſæ, *Varign.* 146
Vng. Dialthæę compoſ. 137
Vng. Dialthæę ſimplex. 137
Vng. Diapompholygos Nihili. 138
Vng. Enulatum. 137
Vng. ad Hæmorrhoidas, *Nor.* 146
Vng. Hæmorrhoidale, *Saxon.* 147
Vng. Laurinum vulgare. 147
Vng. ad Lumbricos. 153
Vng. Martiatum. 147
Vng. de Minio. 138
Vng. Mundificativum ex Apio. 148
Vng. Neapolitanum. 148
Vng. Nervinum. 149
Vng. Nicotianæ. 139
Vng. Ophthalmicum, *Renod.* 139
Vng. Pectorale, *Nicolai.* 149
Vng. è Plumbo. 140
Vng. Populneum, *Nicolai.* 140
Vng. Potabile ex *Fœſ.* 140
Vng. Refrigerans, *Gal.* 138
Vng. Reſinum. 149
Vng. Reſumptivum. 150
Vng. Roſatum, *Meſ.* 141
Vng. Rubrum Deſiccat. 141
Vng. ad pruritum Scabioſorum. 140
Vng. Splenicum. 150
Vng. Splenicum Magiſtrale. 151
Vng. Stomachicum, *Norimb.* 153
Vng. Tutiæ vulgare. 141

## The Printer to the Reader.

*Reader, may it pleaſe thee to take notice that this being the fifth Edition of this Worke, and is now freed frō all errors (formerly committed either by the Tranſcriber or Printer) by the great labor, pains, care and induſtry of that Honourable Society (the Authors of this Worke) and by them (intending onely the publike good) diligently and truely corrected and amended, as alſo newly amplified, and enlarged and adorned with ſuch additions as unto them ſeemed moſt needfull.*

*No faults have eſcaped this Impreſſion (except literall) and ſo not worthy of an Errata. Errors are more ancient then Printing, and therefore I expect them to paſſe the Reader without wonder, as they ſhall do me without apologie. Thus much I thought needfull to advertiſe thee of, and to acquaint thee with the beſt and laſt Edition, printed the* 18. *of March.* 1638. Thy friend I. M.

*FINIS.*